# SACRA RITUUM CONGREGATIONE E.MO, & R.MO D. CARDINALI ALBANO NEAPOLITANA SEU...

Chiesa Cattolica : Congregazione dei riti

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
H
49
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Sac. Rituum

# CONGREGATIONE

*Emo, & Rmo D. Cardinali*

# A L B A N O

Neapolitana, ſeù Aſculana

*CANONIZATIONIS*

# B. I A C O B I

## DE MARCHIA

Ordinis Minorum Obſeruantium

Sancti Franciſci.

# R E S P O N S I O

Ad Nouas Animaduerſiones

*Reuerendiſſimi D. Fidei Promotoris*

SVPER DVBIO

*An conſtet de releuantia eorum, quæ ſuperuenerunt poſt indultam dicto Beato venerationem in caſu &c. & ad effectum &c.*

ROMÆ, Typis Reu. Cam. Apoſtolicæ 1725.

*Superiorum permiſſu.*

NAPOLI

# Neapolitana

## *CANONIZATIONIS*

# BEATI IACOBI
# DE MARCHIA

Ordinis Minorum Obſeruantium. S. Franciſci.

## NOVÆ ANIMADVERSIONES

*Reuerendiſsimi Fidei Promotoris*

SVPER DVBIO

*An conſtet de releuantia eorum, quæ ſuperuenerunt poſt indultam dicto Beato Venerationem, in caſu, & ad effectum &c.*

## *Beatiſsime Pater.*

1. HABITA fuit die 20. Martij currentis anni 1725. Congregatio Præparatoria ſuper hoc eodem Dubio, & DD. Conſultores incorruptionem, flexibilitatem, & perennitatem eiuſdem incorruptionis, & flexibilitatis, nec non odorem à Beato Corpore promanantem examinarunt per modum vnius miraculi, & non trium miraculorum, vti factum fuerat à Poſtulatoribus in ſuis ſcripturis; Quintum paritèr, & ſextum miraculum repetitæ liberationis Nicolai Gambacurtæ à cæcitate, ijdem Conſultores examinarunt per modum vnius miraculi, & non duorum, vti factum fuerat à Poſtulatoribus in ſuis ſcripturis; De octauo miraculo inſtantaneæ Sanationis Liborij Auelloni ab inueterata Epilepſia, & de nono miraculo inſtantaneæ Sanationis Victoriæ Sanellæ à vera, & perfecta Paralyſi, ijdem Conſultores examen inſtituerunt; Cumque reliqua propoſita à Poſtulatoribus miracula omiſerint, meas haſcè nouas Animaduerſiones operæ pretium eſſe cenſui exarare, iuxtà methodum præinſertam, & reſtrictiuè ad ea ſola

miracula, quæ apud Conſultores aliquale pondus habuerunt, cæteris ad partes poſitis, quæ, vti ſuprà dictum eſt, non fuerunt ab eis habita in conſideratione.

## *De incorruptione, & flexibilitate Corporis Beati, perennitate eiuſdem incorruptionis, & flexibilitatis, & odore à Beato Corpore promanante.*

2. Ducto initio à qualitatibus huiuſce Beati Corporis, & eas inſimùl vniendo, vt dignoſcatur, àn aliquid ex eis coaleſcere valeat, quod excedat vires, & activitatem naturæ, itaùt ad rationem veri miraculi accedat, binæ vrgent difficultates. Altera eſt, quod nihil miraculoſi in illis ſiuè ſingillatìm, ſiuè vnitim ponderatis contineri videtur: Altera eſt, quod quatenùs miraculum aliquod in illis conſiſteret, de eo non poſſet haberi ratio in caſu, & ad effectum, de quo agitur, obtinendæ videlicet Canonizationis, ſed ad ſummum ad alium effectum, eas ſcilicèt qualitates Beati Corporis inſerendi in Bulla Canonizationis, quatenùs alia duo ex propoſitis miraculis poſt Beatificationem ſuperuentis, Sedis Apoſtolicæ approbationem merentur; Exemplo eius, quod contingit in Cauſa Sancti Didaci, Teſte Franciſco Penia Rotæ Auditore in Tractatu de eius Canonizatione *lib.3.pag.mibi* 147., vbi ait = *de integritate Corporis etiam eſt pertractatum, de qua cenſuerunt non eſſe miraculum, cæteris tamen concurrentibus admiratione, & veneratione digna, ac in Relatione Conciſtorij, & poſtmodum in Canonizatione eſſe referendam*, & cohærentèr ad hæc, de incorruptione facta fuit mentio in Bulla Canonizationis, vti colligitur *ex* §.16. *in fine*, ibì = *Itaque deuotionis ardore ſuccenſi à Fratribus ſuis, Beati Didaci Corpus decentèr, & religiosè in Principis cubiculum afferri curant poſt annos ferè centum integrum, & incorruptum*.

3. Quod autem nihil miraculoſi in dictis qualitatibus contineatur, patet, primò, quià Corpus poſt mortem Beati abſque dubio fuit exenteratum, vti colligitur ex Summario, nec incorruptio cenſeri poteſt miraculoſa quando verſamur in Corpore, quod conſtat exenteratum fuiſſe, vti colligitur ex Decreto huius Sacræ Congregationis edito in Cauſa S. Ludouici Bertrandi die quarta Octobris 1667., & impreſſo poſt Summarium priuilegiorum Ordinis Prædicatorum collectum à Fratre Antonio Gonzalez, vbi admittitur Incorruptio tanquàm miraculoſa, ex quo Corpus non fuerat exenteratum, ibi = *Sacra Rituum Congregatio &c. quatuor miracula approbauit &c. nempè præſeruationis eius Corporis à corruptione, quamuis in loco alluuionibus obnoxio, non exenterati &c. cum inteſtinis ipſis adeò ad corruptionem procliuibus humo traditi*, & concordat Bulla Canonizationis, ibì = *Tametſi numquam intereà fuiſſet exenteratum*, & ad rem proſequitur Mattha de Canonizatione Sanctorum *part.3.cap.*14.*num.*15. ibì = *Nulla etiam Cadaueris exenteratione, nulla excrementorum purgatione*, & ſapientèr ponderatum fuit à Rotæ Auditoribus in Cauſa Sanctæ Thereſiæ, in qua Incorruptio Corporis fuit miraculo adſcripta, vti legitur in Relatione dictorum Auditorum, ibì = *Naturalis corruptio, & putrefactio Corpori Virginis Thereſiæ naturalitèr conueniens, facilìus in illo Corpore verificari poterat, cùm fuerit ſepultum integrum cum inteſtinis, quæ ſunt de facili corruptione, & eadem facilitate cæteras partes corrumpunt*.

4. Se-

4. Secundò, quia Beatum Corpus poſt mortem fuit ſtudioſè exſiccatum, & etiàm Goſſipio repletum, itaut non temeraria adſit, vt infrà dicitur, ſuſpicio, quod potuerit etiàm Balſamo, & Vnguentis deliniri, in quo rerum ſtatu incorruptio abſque dubio non poteſt ad miraculum referri, Teſte Zacchia *quæſt.medic.leg. lib.4.tit.primo num.24.*, ibi = *Cæterum, quod Cadauera aromatibus, ſale, vel nitro, vel calce excepta, aut quocunque modo condita, incorrupta ſeruentur, nihil habet in ſe non miraculi dicam, ſed nè admirationis quidem.*

5. Tertiò, quià caro huius Beati Corporis eſt pluſquàm ſicciſſima, & exſicca, vti colligitur ex Teſtibus plenè relatis in præcedentibus Animaduerſionibus §.12., quod vtique ſatis eſt, nè incorruptio cenſenda ſit miraculoſa, Teſte eodem Zacchia *lib.4. tit.primo quæſt.10.num.24.*, ibi = *Sed his relictis, Ego puto, Cadauera incorrupta permanentia nullo artis, aut Dæmonis miniſterio miraculoſè ſeruari, dummodò hæc incorruptibilitas perfecta ſit, itaùt Cadauer, nè exſiccationem quidem patiatur, ſed ſecundum corruptibiliores etiam partes integrum, ac viuidum, non ſecùs quam ſi in vita homo degeret, conſeruetur*; quo circà in Cauſa Sanctæ Catharinæ de Bononia, in qua Sacra hæc Congregatio Corporis incorruptionem non approbauit tanquam miraculoſam, certum eſt, quod caro erat exſiccata, Teſte Carolo Riario Perito ad recognoſcendum Corpus adhibito, ibi = *Io non lo chiamo Corpo incorruttibile, perche &c. di preſente non ſi può dire abſolutè incorruptum, la ragione è, perche non adeſt mollities in carne, mà sì bene vi è la cute, coticola, e membrana carnoſa, eſſiccata dalle cauſe, & ingiurie eſterne, come dall'aria, & altre, quali, non oſtante tale eſſiccazione, contengono ligata la ſtruttura di detto Venerabile Corpo, & in apparenza moſtrano ſito, e figura di vene, arterie, e muſcoli*. Vt interea ſilentio prætereatur, quod naſus apicem habet, & ſeptum demolitum, & quod caro in furcula gutturis eſt corroſa, vtì legitur in recognitione facta anno 1609. & quamuis dicatur corroſionem carnis proceſſiſſe à morſu cujuſdam Animalis; prætermiſſo tamen, quod hæc reſponſio ſuffragari non poteſt demolitioni apicis, & ſepti, ea non eſt in facto probata, & quatenùs eſſet probata, non releuaret, ex quo, ſi incorruptio eſſet miraculoſa, Deus Optimus Maximus, qui alia damna ab hoc corpore auertit, hoc ipſum etiàm auertiſſet, cumque id non fecerit, ſignum eſt incorruptionem non eſſe miraculoſam.

6. Quartò quià, vt Corporis flexibilitas aliquod pondus in re, & ad effectum, de quo agitur, conſtituere poſſet, neceſsè eſſet, vt vniuerſa membra comprehenderet, vti loquendo de Corpore noſtri Beati inquit Contelor. de Canonizatione Sanctorum *cap.14. num.35. & 36.*, ibì = *Item ſunt ſigna Sanctitatis ebullitio Sanguinis, vt notum eſt de Sanguine S. Januarij in Ciuitate Neapolitana, flexibilitas Corporis, ſcilicèt quod Corpus defuncti poſſit in quamcumque partem flecti, ſicuti ſi viueret, vt legitur de Corpore Beati Iacobi de Marchia*, itaùt non ſufficiat aliquas Corporis partes eſſe flexibiles, & alias dictam flexibilitatem non habere, Teſte Ioanne Galeatio Manſio Perito adhibito in recognitione Corporis S. Catharinæ de Bononia = *L'iſteſſa eſſiccazione hò oſſeruato in tutti gli articoli di detto Beato Corpo, à cagione della quale alcune parti poco, altre nulla ſono fleſſibili, ſicchè il poſto di queſte membra pare poterſi credere eſſere ſucceſſiuamente per ordine di varie diſpoſizioni ridotto allo ſtato, in cui di preſente ſi ritroua*; cumque in noſtro rerum themate flexibilitas membra vniuerſa noſtri Beati Corporis non comprehendat, vti deſumitur ex depoſitione Periti in Summario *pag.61.§.16.* ibì = *Di più hò oſſeruato detto Capo*



*eſſere*

*eſſere in molte parti di eſſo fleſſibile, e ſpecialmente nelle vertebre del collo, e nell'articolo del braccio ſiniſtro, deſtro, e ginocchie, che non può oſſeruarſi maggiore, e queſta ſteſſa fleſſibilità ſi oſſerua anche negli articoli delle mani*, clariuſque infertur ex alterius Periti Relatione *pag.63. §.28.*, ibì = *Oſſeruai ancora il Collo ſano, & incorrotto colla ſua nuca, e vertebre intiere in maniera, che ſi poteua piegare innanzi indietro, & alli lati come ſi voleua: Oſſeruai anche il Braccio deſtro bene attaccato alla ſua clauicella, e che ſi piegaua, mà il ſiniſtro era ſeparato alquanto dalla ſua con vn poco di rottura di pelle nel ſuo vmero, nè nell'vno, nè nell'altro cubito, ed in diuerſe dita delle mani potei oſſeruare moto pieghreuole*; & alij concordant relati Teſtes in præcedentibus Animaduerſionibus §.20., ſequitur ex his nullam habendam eſſe flexibilitatis rationem pro ſtatuenda ſupernaturali Corporis incorruptione.

7. Quintò quia licèt Odor à defuncto Corpore promanans habitus fuerit, & reputatus à Sede Apoſtolica tanquam ſignum, quo Deus alicuius Serui ſui Sanctitatem teſtari dignatur, vti colligitur ex Bulla Canonizationis Sancti Thomæ de Aquino, in qua Ioannes XXII. ait = *Quod odor carnis munditiam à Deo acceptam exprimebat, orationem eius odoramenta repræſentabat, Famam quoque illius claram diffuſione Virtutum, & illorum aromatum non celabat*, & cæteris omiſſis ex Bulla Canonizationis Sanctæ Franciſcæ Romanæ, in qua Paulus Quintus ait = *Simili miraculo, quo Sanctorum ſuorum Corpora non ſemel honorauit, Franciſcæ etiam Corpus honorare dignatus eſt Dominus, tantis enim odoribus fragrauit, vt omnia odoratis floribus referta viſa fuiſſe acta teſtentur*.

8. Et vlteriùs quidquid dixerit Scacc: de notis, & ſignis Sanctitatis *ſect.9. cap.3. pag.602.*, qui videtur aſſerere voluiſſe odorem à Beato Corpore manantem non eſſe habendum pro Miraculo diſtincto ab altero Incorruptionis Cadaueris, quamuis vltro admittam id non ſubſiſtere, cum paſſim hæc Sacra Congregatio odorem habuerit pro nouo miraculo, & quidem diſtincto ab altero Incorruptionis, quemadmodùm omiſſis alijs exemplis, celebre, & punctuale eſt illud Sanctæ Thereſiæ, in qua Rotæ Auditores poſt admiſſam tanquam miraculoſam Corporis incorruptionem, tranſitum faciendo ad odorem, ſic loquuti ſunt, ibi = *Quem odorem licèt illum conſideremus in abſtracto à miraculoſa Corporis incorruptione, etiam de per ſe, miraculo inſigni adſcribendum fore cenſuimus, cùm naturalitèr ex defunctorum cadaueribus corruptioni, & putrefactioni naturalitèr ſubiectis, non odorem, ſed fœtorem potiùs oriri videamus*, & concordant Acta huius Cauſæ collecta à Ioanne Paulo Mucantio Congregationis Sacrorum Rituum Secretario, quæ exiſtunt in Conuentu Sanctæ Annæ Patrum Carmelitarum Excalceatorum Hiſpanorum hic in Vrbe degentium, in quorum Actorum Tomo primo pag.276., in qua enarrantur Congregationes habitæ ſuper Examine relationis Rotalis, ſic legitur = *Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Cardinalis Lancellottus &c. incæpit examinare articulum quartum eiuſdem Relationis de miraculis poſt morem, & primo loco examinauit miraculum de Incorruptione Corporis &c., quod miraculum per ſe eſſe, & inter alia Miracula adnumerandum Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini iudicauerunt. Propoſuit, & examinauit ſecundum miraculum de Odore mirifico, qui ex Corpore ipſius Seruæ Dei &c. emanabat, quod Miraculum eſſe à prædictis Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus concluſum fuit*, cum nihilominùs non ſit in hypotheſi noſtra præſenti probata negatiua coarctata quoad immiſſionem alicuius rei naturaliter odoriferæ, & quod caput eſt, cum aliqua dictæ immiſſionis

ſuſpi-

ſuſpicio ex ipſis Teſtibus deſumatur, vt *in Summario pag.38.*, ibi = *Similmente oſſeruai non eſſerui l'Interiora del medemo Corpo, in vece delle quali erano quelle parti ripiene di bombace, parte della quale, che era vicino al lato della Coſta mancante, pareua inzuppata di qualche liquore, che non ſi poteſſe ſapere, che coſa era, e la bombace di ſotto era aſciutta, e candida, ſiccome era aſciutta quella poca bombace, che era colorata*, & ex alio Teſte in eodem Summario pag.40.; *Viddi eſtrarre dalla cauità del Coſtato ſiniſtro*, Sermo eſt de magna quantitate Goſſipij, *La quale viddi riponere, e parte di detta Bombace eſtratta dalla detta cauità del Coſtato ſiniſtro era bianca, e parte aueua vn colore, che tiraua al rafaccio mortificato, & oſcuro; Sicchè non potei formare giudizio, ſe detto colore foſſe peruenuto dal liquore, ò da altra cauſa, ſtaua però tutta la Bombace aſciuttiſſima ſenza dare odore alcuno*, duo ex hiſce circumſtantijs inferuntur, alterum, quod nullum eſt conſtituendum in odore momentum, alterum quod ſicuti liquor, quo Goſſipium inuentum eſt madefactum, potuit eſſe liquor balſamicus, & eo fortiùs cum Teſtis Sacriſta de dicto Odore deponens ſic loquatur = *Sò anche, che il Corpo del Beato Giacomo ſpira vn odore, che dà al Balſamo, e queſto l'hò oſſeruato, ed'inteſo colle mie narici da ſette anni à queſta parte ſempre, che ſi è aperta la Caſſa, atteſo che per il paſſato, quando ſi è aperta la detta Caſſa, Io non ci hò auuertito &c., li Berettini, quando li leuano danno il medemo odore balſamico*, vt in præcedentibus Animaduerſionibus §.27., ſic expoſita Corporis incorruptio tanquam miraculoſa haberi non poteſt, cum Miraculum ceſſet, quoties vrget intromiſſi Balſami ſuſpicio, vti ſupra viſum eſt, & benè ponderarunt Eximij Periti adhibiti in recognitione Corporis Sanctæ Catharinæ de Bononia, Marcellus videlicèt Malpighius, qui de incorruptione ſic loquutus eſt = *Pare che ſia qualche ſegno di Cauſe ſuperiori alla natura ordinaria, purchè non vi ſia ſtata altra cauſa eſterna artificiale*, & Alexander Guicciardinus, qui ità ait = *Suppoſto, che non vi ſia ſtata qualche alterazione, come ſarebbe di qualche lenimento &c., dico che lo ſtato preſente ſia molto prodigioſo*.

9. Haud vrgente, quod hucuſque deducta non poſſunt applicari Capiti noſtri Beati, quod à Peritis, & Teſtibus dicitur integrum, & abſque vlla futura denotante poſſibilitatem inciſionis, & extractionis Cerebri; prætermiſſo quippè, quod ex hac re nihil aliud inferri poteſt, quam quod Caput ſit integrum, & incorruptum, & quod reliquo Corpore corrupto idem præſeruatum fuerit miraculosè à corruptione, vti contigiſſe dicitur in Sancto Bonauentura, Teſte Octauiano de Martinis in Oratione ad Xyſtum Quartum, ibi = *Stupendum, ac memorabile, & certum Teſtimonium Sanctitatis eius eſt, quod dum illius Venerabile Corpus transferretur ad nouam Eccleſiam ad Titulum Sancti Franciſci Lugduni erectam centeſimo, & ſexageſimo ſui obitus anno, reliqua Corporis parte alioquin exeſa, atque corroſa, Caput tamen ſolidum, Capillamentum hærens, labia, Dentes, & Lingua in nullo à vitali ſtatu, aut colore demutata, ſint reperta, erat profectò Diuinæ Clementiæ illud os à putrefactione ſeruare, quod ad ſalutem Fidelium, atque in Diuinis Laudibus ſemper fuerat operoſum*.

10. Vis maior ſtat in hoc, quod permanente etiam Capite integro, nec vlla facta in eodem inciſione, potuit Caput, & potuit reliquum Corpus artificiosè, & ſine miraculo à corruptione liberari, tùm quia liquor aliquis efficax, & acutus potuit per os introduci, & eius euaporatio potuit ad Cerebrum penetrare per oſſis Etmoidis, & Meningis poroſitates, tùm quia Teſte Erodoto in Euterpe, nouum non, quod ad effectum præſeruandi

 uandi

uandi Corpora à corruptione, Cerebrum opera curui ferri per nares educatur, & locus Cerebri eodem modo medicamentis repleatur, & tandem quia ſi Corpus fuit exenteratum, nec eſt vndequaque inuerisimile quod fuerit vnguentis delibutum, non videtur excedere vires naturæ, quod nulla facta in Capite inciſione, idem potuerit à corruptione ſinè miraculo præſeruari; multoque magis cum noſter Beatus diuturnis vigilijs, ieiunijs, & vltimo ſenio exſiccatus, ab hac vita deceſſerit, & eius Corpus fuerit diligenter occluſum, & ſic ab aeris iniurijs liberatum.

11. Quod verò quatenùs ex hiſce omnibus qualitatibus ſimul iunctis, incorruptionis videlicèt, & flexibilitatis, perennitatis einſdem incorruptionis, & eiuſdem flexibilitatis, necnon odoris à Beato Corpore promanantis, aliquid miraculoſum coaleſcere poſſet, de eo non eſſet habenda ratio in re, & ad effectum, de quo agitur, facile demonſtratur; agitur etenim, hic, & nunc de tranſitu a Beatificatione ad Canonizationem, & Miracula in præſenti diſcutienda, debent poſt Beatificationem ſuperueniſſe; Cumque memoratæ qualitates etiam in hypotheſi, in qua ſint miraculoſæ, Beatificationem ipſam præceſſerint, infertur per conſequens de illis non eſſe habendam rationem in caſu, & ad effectum, de quo agitur.

12. Nec obſtat, quòd de dictis qualitatibus non fuit actum in Beatificatione, & quòd eadem ſecuta eſt dependenter ab alijs miraculis à Deo factis intercesſione noſtri Beati; In primis ſiquidem non eſt vndequaque tutum in facto, quòd de dictis qualitatibus non fuerit habita ratio in Beatificatione, cum incorruptio Corporis fuerit memorata in relatione Rotali huius eiuſdem Cauſæ, vti colligitur ex lectura eiuſdem, in qua, poſt relatum acceſſum factum à Iudicibus ad Sepulchrum, & Corpus Beati, qui idem acceſſus eſt impreſſus poſt primas animaduerſiones, ſic legitur = *Hanc incorrupti Corporis prærogatiuam non omnibus Sanctis Deus Optimus Maximus impartitus eſt, ſed nonnullis tantùm* = & præſumptio eſt, quod Sacra hæc Congregatio ſe conformauerit deductis in eadem Relatione Rotali, & deinde quod notatu dignum eſt, etiamſi in facto ſubſiſteret, non fuiſſe habitam rationem de dictis qualitatibus in Beatificatione, circumſtantia hæc nihil Poſtulatoribus proficere poſſet, cum ad effectum tranſeundi à Beatificatione ad Canonizationem non ſufficiat, quod miracula, quæ pro Canonizatione proponuntur, non fuerint in Beatificatione diſcuſſa, ſed neceſsè omninò ſit, quod poſt Beatificationem ſuperuenerint, cum à Sede Apoſtolica hæc noua miracula requirantur, vt nouum à Deo ſignum habeatur de ſua voluntate in ordine ad Cultum vniuerſalem, & præceptiuum in Canonizatione decernendum, quod nouum ſignum à Deo habitum vtique dici nequit, ſi miracula, quæ pro Canonizatione proponuntur, non ſunt Beatificatione poſteriora, ſed ante Beatificationem ſequuta ſint, quamuis occaſione Beatificationis non fuerint examinata.

13. Minùs facit, quòd quidquid ſit de incorruptione, & flexibilitate, odor ſuperuenit poſt Beatificationem, itaùt de hoc haberi poſſit ratio in ordine ad Canonizationem, & eò fortiùs, cum ex ſupra deductis habeatur odorem poſſe examinari tanquam Miraculum independens, & ab incorruptione ſeparatum; non videtur etenim, quod in facto ſubſiſtat odorem ſuperueniſſe poſt Beatificationem, cum odoris mentio habeatur vſque de tempore, quo Cadauer noſtri Beati manſit inſepultum, vti habetur in eius Vita ſcripta à Ioanne Baptiſta Barberio *pagina mihi* 117. ibi = *A' ſegno tale, che,* termo eſt de Nuntio mortis Beati, *ſpedironſi Corrieri ad ogni parte, acciò parteccipati tutti, che foſſero di sì lacrimeuole caſo, poteſſero ſodisfarſi con vn ſolo ſguardo almeno verſo quel prezioſo Teſoro, da*

cui

*tui ſcaturiua vna vera fragranza di Paradiſo* : & licèt Vita hæc conſcripta ſit à recentiſſimo Auctore, eadem nihilominùs in magna conſideratione habenda eſt, cum fuerit à Religioſo Ordine Minorum Obſeruantium approbata per organum Patris Theophili Nolani Conſultoris huiuſce Sacræ Congregationis, & deindè Epiſcopi Tropeani, in qua approbatione hæc verba habentur : *Quacunque Auctorum, Scriptorum, atque Librorum lectura, & defatigatione neglecta, hanc ſolam perlegat Operam, ſi quiſpiam alius Vitam huius Beati deſcribere voluerit*.

14. Ad partes poſito, quod continuatio incorruptionis, flexibilitatis, & odoris poſt Beatificationem debeat haberi pro nouo miraculo, cum conſeruatio ſoleat dici continuata, vel iterata productio, vt etenim aliquid dicatur nouum, debet tranſire de non eſſe ad eſſe, cumque res conſeruata iterùm producta dici nequeat, hinc eſt, quòd nouum miraculum in continuatione non videtur vllo modo conſtituendum; Creſcitque diſcurſus, quia ſicuti per impreſſionem qualitatis potuit Deus ſtatim poſt obitum Beati Corpus à corruptione præſeruare, & illud in tali ſtatu conſtituere, vt corruptionem pati non deberet, ſed incorruptionem, & flexibilitatem retinere, & odorem effundere, ſic harum rerum continuatio, vtpotè deſcendens à dicta qualitatis impreſſione, non videtur, quod poſſit nouum Miraculum conſtituere; nulla cadente dubitatione quoad modum prædictum Corpora miraculosè præſeruandi à corruptione, Teſte Scacco *de notis, & ſignis Sanctitatis ſect. 9. cap. 3.* ibi : *Nàm quemadmodum Deus Corporibus glorioſis confert ſupernaturale quoddam donum, quod impaſſibilitatem dicimus, quo in omnem æternitatem ab omni interitu, & corruptione libera exiſtent. Ità non repugnat Diuinæ Omnipotentiæ conferre Cadaueribus qualitatem aliquam, ſiuè ordinis naturalis, ſiuè ſupernaturalis, de quo nunc non diſputo, qua cadauera tuta, immuniaque exiſtant à recipiendis extrinſecis qualitatibus, per quas debito ſibi temperamento turbato, ac confuſo corrumpi ſolent; Deum enim qualitatem quandam naturalem ligno Vitæ indidiſſe conſtat, per quam Homines in ſtatu innocentiæ in flore perpetuæ iuuentutis conſeruarentur, atque ab omni ſenio defenderentur, quæ qualitas non ſupernaturalis, ſed naturalis ordinis erat. Hanc ipſam, vel ſimilem Corporibus cæleſtibus Deus indidit; Itaùt nulla videatur ratio cur non eandem, aut ſimilem cadaueribus mortuorum conferre poſſit, vt à corruptione conſeruentur immunia*.

15. Abſque eo quod quidquam referat, quod continuatio incorruptionis, & odoris pro nouo Miraculo habita eſt in hac Sacra Congregatione in terminis etiam, de quibus agitur, tranſitus ſcilicèt à Beatificatione ad Canonizationem; Cum etenim ante Decreta Vrbani Octaui mos eſſet, vt Virtutes, & eadem Miracula, quæ fuerant in Beatificatione diſcuſſa, nouo Examini, & iteratæ notioni ſupponerentur, quando erat tranſeundum à Beatificatione ad Canonizationem, itaùt Lex de nouis Miraculis proponendis primam originem à dictis Decretis habuerit, & ſubindè confirmationem obtinuerit ab alio Decreto Summi Pontificis Clementis Noni, in duabus tantùm, quod ſciam, cauſis poſt hæc tempora pertractatis actum fuit de hoc Articulo, in Cauſa videlicèt Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis, & in Cauſa Sanctæ Catharinæ de Bononia, cumque in prima ex dictis Cauſis continuatio fuerit habita pro nouo Miraculo, & id in ſecunda ex dictis Cauſis factum non ſit, neceſsè omninò eſſe videtur, vt circumſtantiæ vtriuſque Cauſæ perpendantur, vt videatur an primæ Cauſæ exemplum ſuffragari poſſit Poſtulatoribus, vel eiſdem potiùs præiudicium afferre debeat exemplum ſecundæ.



Digitized by Google

16. Ad hoc ergò aſſumptum deſcendendo, duo videntur in facto præmittenda. Alterum eſt, quod incorruptio approbata tanquam miraculoſa in Beatificatione Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis continuabat in eodem Statu abſque vlla deterioratione, tempore, quo actum fuit de eius Canonizatione, vti colligitur ex Inſtrumento viſitationis factæ a Iudicibus Remiſſorialibus cum interuentu Peritorum, ibi == *Omnes accedentes viderunt &c., dùm præmeretur Manus circà Pulſum, Carnem eſſe moliem, & flexibilem, ſeù palpabilem, itaùt preſſa eleuabatur, quod quidèm magna admiratione, præcipuè dicto Medicorum recognouerunt. In genu etiam ſuprà veſtem tacto, dum ſentiebatur pellem poſt preſſum eleuari*, in quibus proinde circumſtantijs videtur, quod benè potuerit Sac. Congregatio continuationem incorruptionis admittere tanquam nouum Miraculum, etiamſi incorruptio Cauſam habuiſſet à qualitate ſupernaturali poſt obitum Beato Corpori a Deo impreſſa, cum quædam ſint, quæ exigunt aliquid ſupernaturale ad ſui productionem, & primam tantùm exiſtentiam, vti contingit in vita mortuo reſtituta, aut oculò per Miraculum reddito; Vita etenim, & viſus, ſuppoſito primo Miraculo, naturaliter durant, nec nouo indigent Miraculo ad ſui conſeruationem, & alia quædam ſint, quæ Miraculum exigunt tùm in prima productione, tùm in conſeruatione, vti contingit in dupl ci quantitate penetrata, aut duabus qualitatibus contrarijs in gradu intenſo coniunctis, cum nullum ſit inſtans, in quo vna quantitas naturaliter non exigat expulſionem alterius qualitatis contrariæ in gradu intenſo ab eo ſubiecto, in quo reperiuntur.

17. Alterum eſt, quod in Cauſa Sanctæ Catharinæ de Bononia ponderata fuit aliqua Sancti Corporis deterioratio inter Statum antiquum, & Statum recentiorem, hoc eſt, inter tempus, quo Sedes Apoſtolica in Beatificatione æquipollenti reputauit eam incorruptionem Miraculoſam, & tempus, quo eadem incorruptio habenda eſſe dicebatur pro nouo Miraculo occaſione Canonizationis, vti colligitur ex Animaduerſionibus Archiepiſcopi Mitenſis mei meritiſſimi in Fidei Promotoratu Prædeceſſoris, ibi == *Aduerti ſupplico, quod conſiderari poteſt differentia inter tempus antiquum, quo per Sedem Apoſtolicam approbata fuit pro Miraculoſa Corporis Beatæ præſeruatio à corruptione, ad tempus præſens; Tunc enim mollities, ac flexibilitas omnem prorſus Cauſam naturalem excludebat &c., nunc autem in Viſitatione facta per Iudices Remiſſoriales Anno 1671. cum interuentu plurium Phiſicorum nihil de huiuſmodi mollitie, & tractabilitate Corporis habetur*; Incongruum ſiquidèm omninò reputatum eſt, vt incorruptio, quæ vergebat ad deteriorationem, admitti poſſet pro nouo Miraculo.

18. Adeòque quotiès demonſtrabitur Corpus noſtri Beati Iacobi de Marchia damnum aliquod paſſum eſſe inter annum 1609., quo facta fuit eius prima recognitio, & annum 1700., quo ſecunda eiuſdem Corporis recognitio facta eſt, vnuſquiſque facili negotio deprehendere poterit exemplum Cauſæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis Poſtulatoribus ſuffragari non poſſe, ſed eiſdem potius obeſſe exemplum Cauſæ Sanctæ Catharinæ de Bononia.

19. Re itaque ad punctum deteriorationis Beati Corporis redacta, non videtur de eadem deterioratione eſſe dubitandum, cum in recognitione facta Anno 1609. dictum fuerit, quod Corpus *erat integrum ſua vndiquè propria naturali cute indutum, quæ in Latere ſiniſtro parùm erat obſciſſa, & quod extremæ partes, velutì Manus, & Pedes erant illeſæ, & ſuam na-*

*tu-*

*turalem connexionem ſeruabant*, vti legitur in dicta recognitione in Summario Additionali ad calcem primarum Animaduerſionum, & in poſtrema recognitione, in eo, quod attinet ad pellem, *Teſtis in Summario pagina* 60., ſic loquatur; *Teſtor quoquè, quod Cutis iſta, licèt tali, ac tanto Priuilegio ſit inſignita, in aliquibus verò partibus deficere obſeruauimus*, alijque Teſtes concordent, *dicto Summario pagina* 38. §.2., *&* pag.39., & in eo, quod ſpectat ad Manus, & Pedes hæc babeantur *in Summario pagina* 43.; *In dextera Manu, in qua pollicis Articulus à ſua ſede excidit in dextero Pede os nauiculare deficit, & pagina* 58. = *Che manca l'Oſſo nauicolare con cinque Oſſi metatarſi del Piede deſtro, & pagina* 38. §.2. = *Solo il Dito groſſo d'vna delle dette Mani ſtà alquanto slocato, & pag.*40.; *Anco il Ginocchio deſtro ſtaua alquanto ſmoſſo, e ſi conoſceua qualche slocatura nell'Oſſo*; Conſimilia habentur *pagina* 37., *&* *pagina* 39.; Cumque hæc demonſtrent Beati Corporis deteriorationem, & non legantur in recognitione facta Anno 1609., non videtur a primo ad vltimum eſſe dubitandum, quod Beati Corpus damnum paſſum ſit inter annum 1609. quo facta fuit eius prima recognitio, & annum 1700., quo ſecunda eiuſdem Corporis recognitio facta eſt.

20. Nec eſt dicendum, quod ex his, & ſimilibus non infertur ad Beati Corporis deteriorationem, cum expoſitarum rerum deficientia potuerit ex alia cauſa deſcendere, à ſubtractione videlicèt, gratia Deuotionis; id etenim non eſt aſſerendum, ſed formitèr demonſtrandum, quod vſque adhùc factum non eſt, itaùt ſicuti poſſibile eſt, quod hæc, & alia proceſſerint ex vera Corporis deterioratione, ità poſſibilis, & veriſimilis hæc eadem Corporis vera deterioratio, ſatis eſt ad inducendam magnam differentiam inter ſtatum antiquiorem, & ſtatum Corporis recentiorem, quæ differentia obſtat Miraculo, & operatur, vt exemplum Cauſæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis nequeat vllo modo Poſtulatoribus ſuffragari.

21. Et hæc ſunt, quæ operæ pretium eſſe cenſui adnotare quoad primum Miraculum, & qualitates Beati Corporis tàm ſingillatim, quam vnitim ſumptas; abſque eo quod omitti poſſit, quod quatenùs ab hac Sacra Congregatione hæc incorruptio pro Miraculo haberetur, id fieri deberet ſine præiudicio aliorum duorum Miraculorum, quæ debent Beatificationi ſuperueniſſe, vt obtineri poſſit Canonizatio, licèt enim duo Miracula, quæ ſuperuenerint, ſufficiant, non videtur tamen, quod incorruptio Corporis valeat inter hæc duo numerari, etiamſi Miraculo adſcribatur, tùm quia Doctores aſſerunt poſſe de incorruptione haberi rationem in Beatificatione, & Canonizatione, ſed dummodò Virtutes iam fuerint approbatæ, & alia concurrant Miracula interceſſione Serui Dei, vel Beati patrata, *Bordon. de Miraculis Medit.*25. *num.*12., *Scac. de not., & ſign. Sanctitatis ſect.*19. *cap.*3. *pag.*692., tùm quia in Cauſa Sancti Ludouici Bertrandi, & in Cauſa Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis, in quibus Corporum incorruptio recenſita fuit inter Miracula, non ſolùm duo alia, ſed alia plura fuerunt admiſſa Miracula eorum interceſſione à Deo patrata, nec vllum adeſt, quod ſciam, exemplum, in quo Sancta Sedes miraculoſam admiſerit incorruptionem alicuius Corporis, & proceſſerit ad Beatificationem, vel Canonizationem, vnà cum ipſa, & alio tantùm Miraculo, & demùm quia, cum notoria ſint Exempla tot aliorum Corporum, quæ manent incorrupta, quæ vtiquè non fuerunt Corpora Beatorum, vel Sanctorum, non omninò ſpernenda eſſe poteſt reſponſio, quæ dabitur opponentibus non potuiſſe, nec poſſe incorru-

ptio-

ptionem Miraculo adſcribi, quod videlicet vltrà cæteras qualitates, quæ examinantur antequàm incorruptio Miraculo adſcribatur, non ſolùm præcedere debet approbatio Virtutum in gradu heroico, ſed alia quoque non debent deeſſe Miracula ad effectum procedendi ad Beatificationem, vel Canonizationem, itaut incorruptio habeatur tanquam Miraculum ſuprà numerum, quæ vtiquè reſponſio locum habere non poterit, ſi ad Beatificationem, vel ad Canonizationem proceditur dependentèr ab incorruptione Miraculoſa, & alio tantùm Miraculo.

## *De Quinto, & Sexto Miraculo liberationis Nicolai Gambacurta à Cæcitate cum repetita liberatione ab eadem iterùm ipſi ſuperuentà.*

22. Poſt examinatum Primum ſupradictum propoſitum Miraculum tranſitus fieri debet ad aliud, hoc eſt ad Quintum, & Sextum per modum vnius, vti factum fuit à DD. Conſultoribus in Congregatione Præparatoria, iuxtà ea, quæ in ſuperioribus dicta ſunt, & in eo, quod attinet ad hoc Miraculum nonnull æ vrgent difficultates.

23. Prima eſt, quod Periti, qui Ægrum curarunt, dixerunt eius morbum fuiſſe Guttam, ſeù ſpeciem Guttæ Serenæ, & è contra Periti, qui ſuper hoc miraculo ſcripſerunt in Vrbe, & quidem pro veritate, in aliam abierunt ſententiam, cum bon. mem. Lanciſius dixerit morbum fuiſſe Ophtalmiam, ſcilicet oculorum inflammationem, & bon. mem. Sinibaldus dixerit fuiſſe Catharactam, & vltra illam adfuiſſe Prerigium, ſiuè Vnguem oculorum; non attenta reſponſione forſan afferenda, quod omnes deindè concludunt pro Miraculo, quandoquidem,ſi morbus erat ſpecies Guttæ ſerenæ non fuiſſet ſanatio habita, & qualificata pro miraculoſa, vel à Lanciſio, vel à Sinibaldo, vti colligitur ex eorum Conſultationibus, & Scripturis in præcedenti poſitione exhibitis, in quo proindè rerum themate non eſt attendenda reſponſio,quod omnes Periti concordent pro Miraculo, ſed potiùs dicendum eſt,quod Periti de Partibus debent quoad factum præualere Peritis Vrbis,& quod Periti Vrbis debent, vt ità dicam, quoad Ius, ſeù releuantiam præualere Peritis de Partibus, quo admiſſo nemo eſt,qui non videat,ſanationem non poſſe vllo modo inter Miracula recenſeri.

24. Secunda eſt, quod benè conſideratà primà ſanatione nihil miraculoſi in illa continetur,tùm quia Nicolaus antecedenter perfectà cæcitate non laborabat,ſed potiùs dici poterat cæcutiens,vti colligitur ex depoſitione Periti Petri de Matthæis vltimo loco vocati ad conſulendnm, qui ait: *E trouai Nicola, che non poteua guardare i luoghi luminoſi*, ex quorum proindè verborum tenore deſumitur, quod loca non luminoſa poterat aſpicere, & ab ipſo dignoſcitur actu,cum in ipſo Altari Beati Iacobi,nulla concurrente manu adiutrice, proprijs manibus Crucem ſumpſerit, & non vnum ex Candelabris eiuſdem Altaris,tùm quia ſanitas,quæ tunc recuperata ſupponitur, modico tempore durauit, & cæcitas iterùm redijt, & demùm quia,prætermiſsà inſpectione medicamentorum adhibitorum, necnon criſis lacrymarum, quæ interfuit, imperfectio remanſit in oculo ſiniſtro, cùm quoddam cerulei coloris inuolucrum, & caro quædam ſuccreſcens in eodem oculo remanſerint; Omnia hæc etenìm tollunt rationem Miraculi, de cuius eſſentia eſt, vt ſanatio,quæ Miraculo adſcribitur, contingat in morbo graui non leui, & vt ſanatio ſit perfecta non manca,

non

non conciſa, & quod ſublato morbo recidiua non ſuperueniat,vti ponderat Gaſpar Reies *iucund quæſt. Elyſio Campo quæſt.24. num. primo, & 2,* & in puncto recidiuæ benè proſequitur Pignatell. *conſultat.* 20. *num.* 7., *conſult.*26. *num.*19. *tom.*5, & quod in caſu recidiuæ poſſit quidem prima ſanatio eſſe in ſe miraculoſa, ſed quod vti talis approbari non poſſit ab Eccleſia, benè firmant Zacch *quæſt. medic. legal. lib.*4. *tit. primo quæſt.*3. *num.*10., & *quæſt.*8. *num.*9., & *ſeqq.*, Cardinalis de Laurea *in tertium ſentent. tom.*4. *diſput.*20. *de Miraculis art.*21. *num.*906., & *ſeqq.*

25. Haud attento, quod relapſus in cæcitatem primæuam permiſſus fuit à Deo in pœnam diffidentiæ,quam ſanatus habuit, cum iterùm medicamentis vſus ſit; hæc quippè reſponſio dici poteſt quodammodò diuinatoria, nec per conſequens admittenda videtur in cauſa præſenti, in qua probationes debent eſſe luce meridiana clariores, & æquiparari probationibus, quæ in Cauſis criminalibus ſunt neceſſariæ, & quando agitur de vita hominis; & eò fortiùs, cum naturale ſit,vt intantum Sanatus iterùm ad remedia recurſum habuerit, in quantum vidit, ſe non fuiſſe plenè conſecutum ſanitatem.

26. Tertia tandem difficultas eſt, quod ſermonem habendo de ſecunda ſanatione, cùm cæcitas, de qua nunc agitur, non eſſet à natiuitate, ſed à cauſa extrinſeca, eius ſanatio, quatenùs eſſet miraculoſa, non poſſet eſſe niſi miraculoſa in tertio genere Miraculorum, Zacch. *quæſt. Medic. Legal. lib.*4. *titul. primo quæſt.*8. *num.*43., & *pluribus ſeqq.*, & præſertim *num.*49.; De eius ergo eſſentia fuiſſet, quod contigiſſet in inſtanti, iuxtà doctrinam Diui Thomæ *part. prima quæſt.*105. *art.*8., & de inſtantaneitate hìc, & nunc licet rationabilitèr ſuſpicari; poſito quippè, quod prima ſanatio non fuerit miraculoſa,difficile admodùm eſt reperire inſtantaneitatem in ſanatione, quæ primò contigit naturaliter, & ad tempus,& deindè, intermediâ in morbum recidiuâ, totaliter,& perfectè ſuperuenit,cùm hæc, & ſimilia paſſim accidere videamus in morbis omnibus, qui naturaliter recedunt, tantoque magis, quod medicamenta tam ante, quàm poſt primam ſanationem fuerunt adhibita, itaùt applicabile ſit axioma, quod ea, quæ applicata iuuant, tandem replicata ſanant.

## *De Octauo Miraculo ſanationis ab Epilepſia Liborij Auellonij.*

27. Subſequitur Examen huiuſce aſſertæ miraculoſæ ſanationis ab Epilepſia; cùmque morbus hic naturaliter recedat, ſed vt plurimum reuertatur, operæ pretium eſt nonnulla ſubdere in præſenti circà huius morbi reuerſionem, tùm ad alios effectus, tùm ad effectum, de quo agitur.

28. Agitur de hac materia ad effectum irregularitatis, & quando aliquis Sacerdos hoc morbo laborans contendit ſe eſſe eò liberatum, & ſic ſe poſſe iterùm Miſſam celebrare, *Textus in Can. Nuper* 7. *quæſt.* 2. dicit ſufficere, quod Sacerdos ſpatio triginta dierum carnes indifferenter comederit, & hoc morbo, dicto tempore, non laborauerit. At *Textus in Can. Communiter diſt.*33. ſpatium vnius anni expoſcit, vt quis liberatus dici valeat, & ſic iterùm admitti ad Miſſæ celebrationem; Prætermiſſo verò,quod longius tempus in praxi requiritur,vis maior ſtat in hoc,quod non valet argumentum à rehabilitatione ad ordines, ad Miraculum, in primo etenim caſu locus eſt pœnitentiæ, & non in ſecundo; cùm in pri-

mo,

mo,ſi Sacerdos,qui putabatur à morbo liberatus,iterùm in morbum reincidat,facili negotio ſuſpendi iterùm poſſit ab ordinum executione, idque facit, vt doctrina Bordoni *de Miraculis medit.7. num.37.*, qui ait, Miraculo eſſe attribuendam ſanationem Epileptici,qui priùs ſępè morbo laborabat, & inuocato deindè auxilio alicuius Beati, aut Sancti,per integrum annum morbo ampliùs non laborauit, non ſit vllo modo recipienda, cùm prædictus Auctor confundat caſum irregularitatis cum caſu Miraculi.

29. Vt ergò ſtrictè de Miraculo loquamur,in memoriam reuocanda ſunt ea,quæ contigerunt in Cauſa Ven. Seruæ Dei Hyacinthæ de Mareſcottis, in qua ſan. mem. Innocentius Papa XIII. miraculoſam declarauit inſtantaneam ſanationem Sor. Virginiæ Pedantæ ab Epilepſia.

30. Contigit poſt horridum Paroxiſmum hæc inſtantanea ſanatio anno 1709., & Proceſſus tùm ſuper ſanatione, tùm ſuper continuatione ſanitatis confectus fuit poſt decem, & octo menſes, & nè timeretur, quod progreſſu temporis dicta Soror Virginia iterùm morbo laboraſſet, allatæ fuerunt atteſtationes Abbatiſſę,& Vicarij Monaſterij exaratę anno 1714, quæ de perfecta ſanitatis continuatione teſtimonium reddiderunt; Propoſita itaque fuit Cauſa, cùmque ſemper aduersùs Poſtulatores opponeretur non ſufficere dicti temporis lapſum, vt ſanatio Miraculo adſcribi poſſet,ijdem operæ pretium eſſe cenſuerunt anno 1717. nouum conficere Proceſſum ſuper memorata ſanitatis vſque ad dictum tempus continuatione, propoſitaque iterùm Cauſa coram ſan. memor. Clemente XI., nulloque a dicto Pontifice edito pro approbatione Decreto, vt videlicet per temporis moram dignoſci poſſet, an Soror eſſet perfectè à morbo liberata, eodem tandem annuente Pontifice, nouæ datæ fuerunt Literæ ad Epiſcopum Viterbien.,qui versus finem anni 1720.teſtatus eſt de ſemper cõtinuata perfecta Monialis ſanitate,non obſtãte vſu vini,& non obſtante victu indifferenti vnacum laboribus,quos pro ſeruitio Monaſterij ferebat; Cumq; atteſtationi Epiſcopi conſonę fuiſſent atteſtationes Abbatiſſę,Medici,& Confeſſarij Monaſterij,data fuit permiſſio,vt iterùm Cauſa proponeretur,ſuperuentiſq; nouis eiuſdem Epiſcopi,Medici,Abbatiſſæ,& Confeſſarij atteſtationibus editis anno 1722., ſanatio tandem fuit inter Miracula tertij generis recenſita à ſan.mem. Innocentio XIII., cùm reputatum fuerit,vt ſi Epilepſia poſt longum tredecim jam ferè annorum interuallum redijſſet, ſemper dici deberet,quod ex noua Cauſa reuerſa fuiſſet, quæ noua Cauſa concurrens certum eſt, quod apta nata non erat ad excludendam à prima ſanatione miraculoſam qualitatem.

31. Tot moræ, & tot cauthelæ neceſſariæ viſæ fuerunt, vt inter Miracula recenſeri poſſet ſanatio inſtantanea Sororis Virginiæ Pedantæ in Cauſa Seruæ Dei Hyacinthæ de Mareſcottis, licèt prædicta Soror violentioribus Epilepſiæ Paroxiſmis laboraſſet poſt vigeſimumquintum ætatis ſuæ annum, in quo rerum ſtatu Epilepſia dicitur incurabilis, iuxtà illud Hippocratis 5. aphor. 7. ibi = *Quibuſcunque morbi comitiales fiunt ante pubertatem, mutationem accipiunt, quibuſcunque autem vigeſimo quinto ferè commoriuntur*; Cumque in facto, de quo nunc agitur, Liborius Auellonus Puer annorum quindecim ſpatio duorum circiter annorum Epilepſia laborauerit, itaùt per conſequens morbus prædictus non cum tanta difficultate potuerit naturaliter ſanari, maiores profectò cauthelę,& maiores diligentiæ erunt neceſſariæ, vt ſanatio inter Miracula recenſeri poſſit, cùmque ex ſupradictis habeamus diligentias conſiſtere præcipuè in longo temporis interuallo, intrà quod ſanatus non fuerit ampliùs morbo

ve-

vexatus, & hoc temporis interuallum hic, & nunc non adfuerit, cùm probationes non afferantur niſi de ſanitate continuata ſpatio quinque, aut ſex annorum, hinc eſt non poſſe vllo modo hanc ſanationem Liborij Miraculo adſcribi.

32. Et quamuìs dici poſſet probationes eſſe ad dictum tempus reſtrictas, nec vlteriùs progredi potuiſſe, cùm Liborius intrà ſextum poſt ſanationem annum mortuus ſit, hæc nihilominùs reſponſio ad ſummum euincit, quod ſanatio potuit eſſe in ſe miraculoſa, ſed non quoad nos, qui ad effectum, vt eam approbemus, vti talem, oportet, vt certi ſimus de omnibus conditionibus ad miraculum neceſſarijs, & quando vna ex eis deficit, licèt caſu deficiat, eius deficientia ſufficit, nè ſanatio ad cauſam ſupernaturalem referatur, & eò fortiùs quia conditio, quæ nunc deficit, licet caſu deficiat, eſt conditio, in qua conſiſtit eſſentia Miraculi; Liberatio quippè à Paroxiſmo, qui modò per certas periodos tanquam morboſus effectus improuisò erumpit, non eſt tanti roboris, & momenti, vt poſſit liberationem conſtituere inter Miracula, quando verſamur in Epilepſia, ſed liberatio ab hoc morbo tunc verè dicitur miraculoſa, quando poſt liberationem à Paroxiſmo morbus per longiſſimam temporis intercapedinem non reuertitur, vti benè ponderauit clar. mem. Lanciſius in ſuo Voto pro veritate exarato ſuper ſanatione memoratæ Virginiæ Pedantæ, ibi = *Arbitror equidem liberationem ab Epileptica Diatheſi, ſiue à nouis recurſibus eſſe opus maioris longè momenti, quam ſimplicem excitationem ab vno tametſi grauiſſimo Paroxiſmo. Nam paſſim videmus Epilepticos per vias cadentes, atque ſine vllo Medicorum auxilio ſponte ſua paulatim excitari, Contra verò eoſdem omnem plerumque artem deludere, cumque morbo, quoties res fæliciter cedit, conſeneſcere, atque commori, vt proinde fateri cogamur, vnius quidem, aut alterius Paroxiſmi depulſionem facilem eſſe difficillimè è contrario integram ſanationem contigere.*

## *De Nono Miraculo ſanationis Victoriæ Sannellæ à Paralyſi in brachio, & manu ſiniſtra.*

33. Pro complemento harum Animaduerſionum nihil aliud remanet, quam verba facere de ſanatione Victoriæ Sannellæ à Paralyſi. Plura aduersùs eam deducta fuerunt in præcedentibus Animaduerſionibus, ſed præcipuum obſtatiuum videtur in eo fuiſſe conſtitutum, quòd tempore ſanationis magna copia ſudoris exiuit è Brachio, vti videri poteſt in citatis Animaduerſionibus §. 81., *& ſeqq.*; Et quando in ſanatione à Paralyſi adfuit ſudor, ſanatio non poteſt inter Miracula recenſeri; Sudor etenim maximoperè prodeſt, Teſte Sennerto *oper. Medic. tom. 2. lib. primo part. 2. cap. 27. quæſt. 3.* ibi = *Ludouicus Septallius ſudoriphera in Paralyſi reijcit, & vrinam cientia præfert, magnumque errorem paſſim à Medicis committi putat, quod omiſſis vrinam cientibus, ea vſurpent, quæ ſudores mouent ea de cauſa, quod per vrinam craſſiora quæque educantur, per ſudorem autem tenuibus euacuatis, craſſiora magis incaleſcant, & craſſiora reddantur, magis obſtruant, atque difficiliora reddantur ad motum, & euacuationem; Verum & ſi vera omnia eſſe concedimus de morbis, quorum cauſa circa viſcera, & ipocondriis, vel etiam in venis hærent, tamen in Paralyſi hæc ratio locum non habet, cùm enim circà neruos cauſa morbi hæreat, non video quomodò indè ad vias vrinæ facilè peruenire poſſit, per ambitum verò Corporis facilis euacuatio eſt, neque metuendum, vt ſudoriferorum vſu materia incaleſcat ni-*

*mium,*

Digitized by Google

*mium,vtpotè quæ frigida eſt,& ità calefactionem requirit,vt etiam nonnulli febrem,quæ eam calefaciat, & fundat accendendam putent, aut craſſeſcat, cum illa ipſa ſudorifera viam habeant eam attenuandi.*

34. Neque admiſſa inſigni euacuatione per ſudorem,ſanatio poteſt Miraculo adſcribi, etiamſi in inſtanti ſuccedat, Teſte Zacch. *quæſt. Medic. legal. lib.4. titul. primo quæſt.8. num.13.*, ibi = *Etiamſi illico, & quaſi in inſtanti fierent &c. itaque Criſes præſertim, quæ per inſignes euacuationes fiunt, maximè oſtendunt ſanationem naturæ vi ſucceſſam; vnde noto in ſacris quaſcunque ſanationes abſque vlla ſimili euacuatione ſucceſſiſſe, hoc autem non alia ex cauſa factum puto,niſi,vt ex hoc pateret ex Miraculo factas, non ex naturæ beneficio.*

35. Abſque eo quod vlla Poſtulatoribus ſuffragari valeat reſponſio aduerſus hanc oppoſitionem;operę enim pretium eſſe cenſeo in memoriam reuocare binas alias ſanationes à Paralyſi fuiſſe recenter inter Miracula adſcriptas, alteram Sororis Annæ Franciſcæ in Cauſa B. Ioannis à Cruce, alteram Franciſci Xauerij in Cauſa B. Stanislai Koſtkæ. In prima ſanatione oppoſui poſſibilitatem Criſis per ſudorem, & benè à Poſtulatoribus reſponſum fuit non ſufficere poſſibilitatem, ſed eſſe docendum de exiſtentia,ſeu ſudoris ſuperuenientia. In ſecunda ſanatione oppoſui exiſtentiam ſudoris, & à Poſtulatoribus reſponſum fuit, ſudorem modicum fuiſſe,& ſic ineptum ad ſanationem,ibi = *Tùm quia iuxta depoſitionem dicti Teſtis ſudor fuit modicus*; Cumque hic,& nunc,opponam,& probem magnum interceſſiſſe ſudorem, ſi hæc ſpernatur oppoſitio, inutile profectò erit, vt eadem inpoſterùm fiat, licèt videamus Medicos, & Phiſicos eam magni facere in re,& ad effectum de quo agitur. Ad hanc ergo difficultatem de medio tollendam nulla videtur aptior à Poſtulatoribus afferri poſſe reſponſio, quàm ea,quòd ſudor intercedens non eſt habendus pro Criſi, ſed pro initio Miraculi, & effectu eiuſdem, vti habetur apud Mattheuc. *de Offic. Cur. Eccleſ. cap.47. ſub num. 23.*, ſed hæc reſponſio non videtur vllo modo admittenda,cùm ſupponat id,quod eſt in quęſtione,& aduersùs eam ſemper militet ratio,quòd quando vna res commodè referri poteſt ad cauſam naturalem, eadem non eſt ad cauſam ſupernaturalem referenda.

Atque hæc dicta ſint ſub cenſura &c., ſaluo ſemper &c.

*Proſper Archiepiſcopus Theodoſiæ Fidei Promotor.*

# Neapolitana, ſeu Aſculana
## *CANONIZATIONIS*
# B. IACOBI
## DE MARCHIA

Ordinis Minorum Obſeruantium
S. Franciſci.

# RESPONSIO
## Ad nouas Animaduerſiones

*Reuerendiſsimi Fidei Promotoris*

SVPER DVBIO

*An conſtet de releuantia eorum, quæ ſuperuenerunt poſt indultam venerationem dicto Beato in caſu, & ad effectum &c.*

Beatiſsime Pater.

1 VSQVE, & ſub Pontificatu S. M. Clementis XI. celeberrima hæc Cauſa properabat ad finem, & quidem abſoluta fuiſſet, ni obicem ei præſtitiſſet exceptio illa, licèt aliàs propoſita, ſemperque reiecta, quod dictus Beatus quoddam conſcripſerat Opuſculum contra Fraticellos, in quo contineri aſſerebatur quædam propoſitio Summorum Pontificum infallibilitati aduerſatiua; Hæc autem omnia non ſine ſpeciali, ac inſcrutabili Dei prouidentia facta fuiſſe credimus, quia Altiſſimus, Sanctitati Veſtræ, quæ Teſtis eſt de viſu, & de facto proprio mirabilis incorruptionis, & flexibilitatis Sacri eiuſdem Beati Corporis, iuſtuſque eſt illius Sanctitatis Æſtimator, gloriam reſer-

uare voluit, nedùm de medio tollendi dictum inſubſiſtens impedimentum, prout iàm peregit, declarando, ſupradictum librum haùd opus eſſe prælaudati Beati, & ſic nil obſtare, quin in eius Cauſa ad vlteriora procedi poſſet, verùm etiam in Sanctorum Albo illum adſcribendi, vti quàm primum, Deo dante, facturum eſſe firmiter ſperamus.

2 Idquè, vt tutiùs, atquè validiùs præſtare poſſit, ſatiùs duxit, demandare, vt præinſertum dubium, aliàs diſcuſſum, iterùm ad trutinam reuocaretur, prout Poſtulatores, certò ſcientes, veritatem, teſte Sanctiſſimo Pontifice Innocentio Primo *in Can. graue* 35. *quæſt.*9. ſępiùs exagitatam, magis ſplendeſcere in lucem; pluſquàm libenti animo executi fuerunt, illud proponi faciendo prius in Congregatione Præparatoria, quæ iàm ſub die 20. Aprilis proximè præteriti coacta fuit, modòque coràm Sanctitate Veſtra, à cuius non errantis vocis præconio fauorabile expectamus reſponſum, non obſtantibus nouis animaduerſionibus deſuper, tametſi doctiſſimè de more, à Rmo Fidei Promotore congeſtis.

3 Priuſquàm verò accedamus ad enodationem eorum, quæ ſuper propoſitis miraculis opponuntur, operæ pretium eſſe ducimus, ſtrictim referre Statum integrum huius Cauſæ; & ſubindè demonſtrare pro Canonizatione prædicti Beati aliorum Miraculorum approbationem non requiri, ſed, quæ aliàs approbata fuerunt, ſufficere debere.

4 Sciendum itaque eſt, quod memoratus Beatus poſt vitam ſanctiſſimè peractam, tùm in tot, tantiſque extirpandis Hæreticis, tùm in propaganda ad Infideles Chriſti fide, tùm in reſtabilienda in ſuo Ordine obſeruantia, tùm in compluribus in viam Domini reducendis Peccatoribus, tùm in continuò, & indefeſsè in Chriſti Vinea operando, tùm denique in ſuo Corpore Ieiunijs, flagellis, alijſuè pęnitentiis macerando, plenus tandem meritis, & miraculis clarus, Neapoli, vt prædixerat, in Conuentu Sanctæ Mariæ de Noua ſub die 28. Nouembris 1476. ad cęleſtem migrauit Patriam, *& quamuis* 14. *dierum ſpatio, vt Populorum deuotioni fieret ſatis, inhumatum extitiſſet abſque vlla ſui labe, & intactum*, ſignis quamplurimis, ac prodigijs Sanctitatem ſui Famuli, Domino conteſtante, vulgaris tamen ſepulturæ honorem ſortitum fuit.

5 Percreſcente verò eius Sanctitatis, & Miraculorum fama, Sixtus IV. [illegible] tus de indecentia eius Tumuli, poſt annum à die ſuæ humationis, per eius litteras in forma Breuis, mandauit, vt in congruentiorem locum transferretur, & poſteà Leo X. ſimilibus litteris *ſub die* 2. *Auguſti* 1515. expeditis, indulſit Fratribus prædicti Conuentus Sanctæ Mariæ Nouæ, vt qualibet die poſt Completorium proceſſionaliter ad eius Sepulcrum poſſent accedere, & ibidem canere hymnum cum verſiculo in honorem Dei, ac ipſius Beati memoriam, eiſdemque, ac Adſtantibus pro qualibet vice conceſſit Indulgentiam vnius anni, & 40. dierum *præſ.Summ.Addit.n.*1:

6 Subindè inſtante Carolo V. apud Sanctam Sedem pro ſolemni eiuſdem Canonizatione, Clemens VII. Epiſcopo Ciuitatis Aſculi (*ſub cuius ditione extat Caſtrum Montis Prandoni dicti Beati Patria*), ac nonnullis alijs Epiſcopis Prouinciæ Marchiæ, & Regni Neapolitani per litteras in forma Breuis ſub diebus 17. Ian. 1524., & 13. Iulij 1525. commiſit, vt ſuper eo iuridicè inquirerent, & proceſſus conſtruerent.

In-

Inquiſitionem verò factam duobus Rotæ Auditoribus diſcutiendam mandauit per Commiſſionem eius manu ſignatam ſub die 8. Octobris 1530. *præſ. Summ. Addit. n. 2.*

7 Aliquot annis Cauſa ſiluit ob grauiſſimas alias curas, quibus S. Sedes diſtracta tunc fuit, nimirùm ob diſceſſum ab Vrbe prædicti Clem. VII., eiuſq; mortem; ob ſuborta diſſidia intèr Henricum VIII., & d. S. Sedem, ob ſubſecutas hęreſes Lutheri, & Caluini, & demum ob peractum Concilium Tridentinum; Inſtantibus poſtmodum Philippo III. Hyſpaniarum Rege, & Ciuitate Neapolitana pro illius proſecutione, Paulus V. per litteras in forma Breuis ſub die 13. Octobris 1607. eam examinandam commiſit Sac. Congregationi Rituum, quæ ſub die 9. Maij 1609. relaxauit litteras remiſſoriales, quarum vigore fuerunt Proceſſus Authoritate Apoſtolica conſtructi, quibus omnibus ſucceſſiuè de anno 1610. in eadem Sacra Congregatione reproductis, ac deputato Cardinali Capponio, ad effectum illos examinandi, & in eadem Sacra Congregatione referendi, factà per eum matura diligentia, & relatione in eadem Sacra Congregatione, fuit reſolutum, dd. Proceſſus fuiſſe ritè, & rectè Apoſtolica Authoritate formatos, & *conſtare de Sanctitate Vitæ, & de multis Miraculis ad effectum Canonizationis*, proùt ex decreto, quod datur in præſenti *Summario num. 3.* cuius vigore tùnc Cauſa huiuſmodi iàm finita remanebat, & expedita in eadem Congregatione: Verùm, facta relatione eidem Paulo V., Sanctitati Suæ viſum fuit, Proceſſus huiuſmodi Cauſæ examinari debere etiàm à tribus Auditoribus Rotæ, & ad hunc effectum fuit expedita Commiſſio manu Sanctiſſimi ſignata, eiſque directa, qui aſſumpto illorum examine, nedùm Virtutes, ſed etiam *vndecim Miracula* approbauere, vt ex eorum relatione, quæ in præſens datur impreſſa ad partes: Remiſſa poſtmodùm Cauſa ad dictam Sac. Congregationem Rituum, fuit in ea quoque ſuſceptum, omni diligentia, examen contentorum in prædictis Proceſſibus, & relatione rotali, ac ſeruato ordine, ſequentia prodierunt reſcripta, Ponente cl. me. Card. Gozzadino Seniore.

8 Sub die 11. Februarij 1623. = *Conſtare de validitate Proceſſuum* = Die 18. Martij eiuſdem anni = *Conſtare de Fide, Spe, & Charitate* = Die 8. Aprilis dicti anni = *Conſtare de Virtutibus Cardinalibus, & Donis Spiritus Sancti ſufficienter* = Die 6. Maij immediatè ſequenti = *De fama Sanctitatis in Vita, & in Morte ſatis conſtare* = Die 20. eiuſdem Menſis, & anni = *Cenſuit de Miraculis in Vita, & in Morte ſatis conſtare, ideoquè poſſe expediri Decretum* = quod ſub eadem die fuit expeditum cum clauſula = *Poſſe Sanctiſſimum Dominum Noſtrum quandocumque ipſi Dei Seruo Cœleſtes honores, vèl Beatificatione, vèl etiam Solemni Canonizatione in Vniuerſa Eccleſia decernere* = *vt in Summario obiectionali Magnæ Poſitionis num. 2.*

9 Poſt hæc Vrbanus VIII. ſub die 20. Auguſti 1624. ſuo ſpeciali Diplomate mandauit, quod Officium, ac Miſſa de eo celebrari, ac recitari poſſet in prædicta Eccleſia Sanctæ Mariæ Nouæ, quam conceſſionem poſteà ſub die 23. Octobris eiuſdem anni ad Vniuerſum Ordinem Sancti Franciſci extendit, & tandèm die 28. Februarij 1626. Sacra Rituum Congregatio, annuente eodem Summo Pontifice, aliam extenſionem conceſſit ad Ciuitatem, & totam Diœceſim Neapolitanam,



Digitized by Google

vbi inter alios Protectores, publicis conſpirantibus Votis, fuerat admiſſus.

10 Ad vlteriora verò procedi non potuit in illius Solemni Canonizatione ob ſuperuenientiam Decretorum prædicti Vrbani VIII. præſcribentium, quod, in his Cauſis hactenùs non expeditis, ſignanda eſſet noua Commiſſio reaſſumptionis, pro qua, cum inſtitum fuiſſet interpolatis temporibus, ſignata tandèm fuit ſub *die* 17.*Septembris* 1698.

11 Fuerunt poſtmodùm ſub *die* 7.*Februarii* 1699. à Sac. Congregatione Rituum relaxatæ litteræ remiſſoriales pro Conſtructione Proceſſus in Ciuitate Neapolis, eiuſque Diæceſis ſuper nouis Miraculis ibi ab Altiſſimo ad interceſſionem Beati patratis, eoque conſtructo, & recognito, ſub *die prima Octobris* 1701., fuit approbata illius validitas, & ſubindè ſucceſſit concordantia præinſerti dubij = *An conſtet de releuantia &c.*

12 Facti ſeriè eorum, quæ hucuſque in iſtiuſmodi Cauſa geſta fuerunt, ſic ſe habente, facilè exindè demonſtratur, alia non requiri miracula prò ſolemni Canonizatione noſtri Beati; Sed ea ſufficere, quæ priùs a Sacra Rota, & poſtmodum à Sacra Rituum Congregatione de anno 1623., vt ſupra, approbata fuere; quandoquidem neminem latet, quod ad effectum tutò deueniendi ad ſolemnem Canonizationem alicuius Serui Dei, qui aliqua veneratione, ſeù titulo Beati a Romanis Pontificibus decoratus fuit, ea tantùm miracula diſcuti debeant, quę superuenerunt poſt indultam illi Venerationem, quemadmodùm, latè diſcuſſo articulo firmatum fuit in Cauſa Beati Stanislai Koſtka, vt patet ex relatione pro veritate facta in dicta Cauſa per Reuerendiſſimum Promotorem *præſenti Summario Additionali num.*4., ac etiam præſefert præinſertum dubium, quod modò diſputatur, nimirùm = *An conſtet de releuantia eorum, quæ ſuperuenerunt poſt indultam Beato venerationem*; Cumque initium Venerationis noſtri Beati, citra dubium, ab eò vſque tempore, nimirùm *ab anno* 1515. deſumendum ſit, quo Leo X. indulſit Fratribus Conuentus S. Mariæ Nouæ, vt qualibet die poſt Completorium proceſſionalitèr ad eius Sepulcrum poſſent accedere, & ibidem canere hymnum, & Antiphonam in honorem dicti Beati, eiſdemque, ac Adſtantibus pro qualibet vice conceſſit Indulgentiam vnius anni, & 40. dierum; Miracula verò approbata in Rotali Relatione, & in Sacra Congregatione de anno 1623. ſuperuenerint poſt dictum Indultum Leonis X., vt patet ex Proceſſibus Reuerendiſſimo Promotori exhibitis, ac ex dicta relatione Rotali, vbi dd. Miracula referuntur, addita in margine notatione temporis, quo illa acciderunt, vt faciliùs noſtri aſſumpti veritas recognoſci valeat; manifeſtum hinc, ac incontrouertibile redditur, quod illa deſeruire debeant pro eiuſdem Beati Canonizatione, nèc alia requirantur.

13 Idque euidentiùs efficitur ex enunciato Decreto Sac. Congregationis, quo ſtatuitur = *Poſſe Sanctiſſimum Dominum Noſtrum quandocunque ipſi Dei Seruo Cæleſtes honores, vel Beatificatione, vel* ETIAM SOLEMNI CANONIZATIONE IN VNIVERSA ECCLESIA *decernere* = nemo igitur ex hoc non videt, quod huiuſmodi Cauſa vſque tùnc, pręſertim quoad Miràcula neceſſaria pro Canonizatione, abſoluta remanſit, nec illorùm vlteriori examine in præſens indigeat.

14 Haùd vrgente, quatenùs opponeretur, quod in altero ſupra recenſito decreto approbatiuo dd. Miraculorum, non exprimantur quot, & qua-

& qualia ſint dd. Miracula; Siquidem obiectioni ſtatim occurreret reſponſio, quod nimirùm, cùm antiquus S. Congregationis mos eſſet in approbatione Miraculorum reſcribendi indefinitè: *Conſtare de Miraculis*, = hæc vtique intelligebantur omnia ea, quæ examini, & diſcuſſioni propoſita fuerant, niſi aliqua exceptio explicita, vel implicita apponeretur, proùt fusè, ac doctè, adductis rationibus, & exemplis, firmauit Reuerendiſſimus Promotor in relatione pro veritate, & Animaduerſionibus ſuper ſtatu Cauſæ Beati Aloyſij Gonzagæ exaratis ſub *numer.* 63. = ibi = *Tùm quia ſi antiquum reſcribendi morem in Miraculorum approbatione huius Sac. Congregationis perpendamus, antiqua conſuetudo erat reſcribendi indefinitè = conſtare de Miraculis, & niſi aliqua exceptio explicita, vel implicita apponeretur, approbata in reſcripto cenſebantur omnia miracula, quæ fuerant diſcuſſioni, & examini propoſita = Sic die 24. Auguſti 1609. reſcriptum fuit = Conſtare de Miraculis Beatæ Margaritæ Tiſern., Sic 4. Aprilis 1612. reſcriptum fuit = conſtare de miraculis Beati Philippi Nerij = Sic 7. Septembris 1618. reſcriptum fuit = conſtare de patratione Miraculorum Serui Dei Fratris Thomæ de Villanoua = Sic 13. Octobr. anni pariter 1618. reſcriptum fuit = conſtare de Miraculorum corruſcatione Serui Dei Paſchalis Baylon = Sic 2. Martij 1619. reſcriptum fuit = Conſtare de miraculorum operatione Beati Iſidori = Sic 13. Septembris 1625. in Cauſa S. Felicis de Cantalicio reſcriptum fuit = Conſtare de quatuor miraculis, prætermiſſo quinto, & 28. Septembris 1624. in Cauſa S. Eliſabeth = De miraculis ſufficienter conſtare, excepto tertio in vita, & tertio in morte, & die 27. Iunij 1625. in Cauſa S. Andreæ Corſini = Conſtare de Miraculis in morte, inter quæ non videri enumerandam illuminationem ab Auditoribus Rotæ prætermiſſam. Patefaciunt hæc reſcripta, quod iuxtà antiquum morem, approbata cenſebantur omnia miracula, quæ erant propoſita, quando reſpondebatur, conſtare de Miraculis, niſi aliqua exciperentur. Et ſic, cum in Cauſa B. Aloyſij dictum fuerit, conſtare de Miraculis, nullum excipiendo, ſequitur, quod omnia ſex Miracula, quæ fuerunt propoſita, dicenda ſunt approbata,*

15 Iis ita præmiſſis, atque conſtabilitis, gradum facimus ad eliminandas oppoſitiones per Reuerendiſſimum Promotorem, doctiſſimè de more excitatas aduersùs miracula, quæ modò proponuntur, potiùs ad magis magiſque illuſtrandam Sanctitatem noſtri Beati, quam ex neceſſitate; & inſequendo ordinem in illis per dictum Reuerendiſſimum Promotorem tentum, dicimus, haùd quaquàm ſubſiſtere, quod in qualitatibus Sacri Corporis d. Beati nihil miraculoſi contineatur. Quandoquidem, cum illud vſquè ad hæc tempora incorruptum conſpiciatur, *vt patet ex toto Summario*, dubium haùd erit, quin hoc, non ſine diuini Numinis prouidentia factum fuerit, nàm tritum eſt, quod Corpus humanum, vti diſſidentibus compactum humoribus, poſt Animæ receſſum, diù minimè ſeruari poteſt, vt ait Diuus Thomas *in opuſcul.* 2. *cap.* 152.; exhalante enim naturali calore, humidum probè attemperante, ſuperinducitur calor extraneus ab ambiente, qui propter contenſationem meatuum euaporationem non inueniens, putredinem cauſar, vt docent omnes Philoſophi, & cum eis d. Angelicus Doctor *part.* 3. *quæſt.* 31. *artic.* 3. Hocque ita accidit, vt diuinum exequatur Decretum in Protho-

pla-

plaſtum inobſequentem, eiuſque Poſteros promulgatum in pœnam eius peccati Geneſ. *cap.*3. = *Quia audiſti vocem Vxoris tuæ, & comediſti de ligno, de quo præceperam tibi, nè comederes, puluis es, & in pulverèm reuerteris* = vt probat dictus S.Doctor pluribus in locis, & precipuè de Saluat. *quæſt.*51. *artic.* 3. *in ſecundo argum.*, & in primò dicit, quod ſicuti mors eſt pœna peccati, & ſtipendium illius, ità Corporis putrefactio; & ſicut mors euitari nequit, ita nec Corporis reſolutio; docet vlterius *prima par. quæſt.* 97. *artic. primo in reſp. ad ſecundum*, hoc adeò ordinarium eſſe, & naturaliter ineuitabile, vt nec etiam Corpus Chriſti quoad conditionem naturæ paſſibilis imputrefactibile fuerit, licèt non quantum ad meritum; Subditque, talem incorruptionem, nè dùm naturæ vires excedere, ſed parificari reſuſcitationi à morte, ad quam naturaliter, & neceſſariò illa conſequitur.

16 Hæcquè miraculoſa Sacri Corporis noſtri Beati incorruptio certior, ac indubitabilior redditur inſpectis alijs circumſtantijs, illam concomitantibus, quarum prima eſt integritas eiuſdem Sacri Corporis; hoc enim in nulla ſui parte, exceptis ijs, quæ deuotionis gratia ſubtractæ fuerunt, vitiatum cernitur, ſed totum in ſuo ſtatu naturali perſiſtit, vt retulerunt Periti *Summario pag.*38. §.2. *pag.* 41. §. *primo pag.*53.§.17.*pag.*57.§.20.*pag.*61.§.26.*pag.*65.§.31.

17 Et quod mirabilius eſt, etiam partes magis corruptioni expoſitæ, intactæ perſeuerant, & ſignanter oculi, qui cum eorum globo, & prominentia palpebrarum conſeruantur, & molles ſunt, vt inquit Teſtis XII. *Summario pag.* 16. §. 14., Teſtis XX. *pag.* 20. §. 24., Teſtis XLI. *pag.*38. §.*Viddi di più &c.*; Neminem verò latet, nihil corruptibilius eſſe, quàm oculos, quorum corpus conflatur tribus humoribus, tribus venis, & arterijs, copioſo adipe, & corpuſculis glanduloſis, vt tradunt Auicenn. *lib.* 3. *Senten. tract.*4. *cap.* 41. Matth. *de Canonizat. Sanctorum par.*3. *cap.*18. *ſect.prima n.*48.

18 Pili in facie, ac ſi duobus diebus antea tonſi fuiſſent apparent, vt retulit ſecundus Peritus *Summario pag.*43. §.4., *& pag.*45. §. *Nec turbentur in fine*.

19 Inſuper color quidam in Vultu cernitur, qui nequaquam in Homine mortuo vltra quatuor fortaſſe dies conſeruari poteſt, vt teſtantur quartus Peritus *Summario pag.* 56. *verſus finem*, & quintus Peritus *pag.*62., qui vlterius obſeruauit Muſculos intercoſtales in parte ſiniſtra Thoracis, vndè Coſta extracta fuit, eſſe rubicundos, ibi = *E ſopra tutto fù ammirabile l'oſſeruazione fatta da me nella parte ſiniſtra del Torace, e propriamente, oue fù eſtratta la Coſta, vedendoſi iui, e toccandoſi li Muſcoli intercoſtali di detto luogo rubicondi à color di carne naturale* = & demùm Vngues digitis firmiter inhærent *Summ. pag.*40. *in princ.*, *& pag.*54.

20 Secunda eſt flexibilitas eiuſdem Sacri Corporis concludentiſſimè probata *in Summario*, & ſignanter *pag.*36. §. *primo pag.*38. §. 2. *pag.* 39. §.4. *pag.*41. §.*primo pag.*48. §.12. *pag.*53. §.17. *pag.*58.§.22. *pag.*61. §.26., *& pag.*65. §.31., atque de ea Sanctitas Veſtra Teſtis eſt de viſu, & de facto proprio, tantæque ipſi admirationis fuit, vt exclamauerit coram Populo = *Queſto ſolo baſtarebbe à conuertire tutti gl'Eretici del Mondo* = proùt vſquè tùnc teſtari dignata fuit Sacræ Congregationi, vti doctum fuit *in Summario Additionali magnæ Poſitionis Num. primo*.

Tertia

21 Tertia eſt eiuſdem Corporis mollitudo, de qua deponunt omnes Teſtes, & ſignanter quadrageſimus, nempe Vicarius Generalis *Summario pag.*36., ibi = *Anzi io medeſimo toccai colle mie mani le ſudette parti, e l'oſſeruai anco, che la Carnagione era morbida, come anco oſſeruai l'iſteſſa morbidezza nel Ventre del detto Beato* = XXXXI. Teſtis *pag.*38. ibi = *Le Gambe, e le Coſcie erano ſimilmente ricoperte di pelle intiere, & incorrotte, che cedeuano al tocco del mio deto, mà à me parue, che maggior morbidezza conſeruaſſero quelle parti intermedie delle Coſte* = XXXXII. Teſtis *pag.*39., ibi = *Di più li nerui, e le fibre, che chiamano li Periti, li quali in preſenza mia riconoſceuano il detto Corpo, fibre intercoſtali, erano arrendeuoli, e cedeuano al tatto della mano, del che io colle mie mani feci l'eſperienza* = & infra = *Nelle Braccia, e nelle Gambe oſſeruai l'iſteſſa fleſſibilità però maggiore nelle braccia, e conforme hò detto di ſopra nell'vna, e nell'altra parte al tatto cedeua la pelle, e cedeuano li nerui* = Primus Peritus *pag.*41., ibi = *Quid proptereà de aliquali cutis mollitie dicturus, ſimiliter cum hæc propria quam pollebat tractabilitate tactui reſpondentem mirabili loqui videbatur, quæ quidem mollities vtpotè quæ ab vnctuoſa quadam Carnium ſubſtantia partibus iiſdem hærente in viuentibus fiat, non ſine noſtra admiratione hoc quoquè in Corpore prorsùs thaumaturgo obſeruare potui* = Alter Peritus *pag.* 54., ibi = *Li Muſcoli intercoſtali erano molli, e blandi al tatto, come ſe detto Beato Corpo fuſſe fatto Cadauere d'vngiorno* = Alter Peritus *pag.* 58., ibi = *Oſſeruai, che detto Beato Corpo in molte parti era molle, e la pelle arrendeuole* = & infra = *Oltre di che oſſeruai vna certa mollitie nella Cute, la quale era ſi ſenſibile, che cedeua al tatto, la quale come proueniente da vn'vntuoſa ſoſtanza della Carne, ſi oſſerua nelli Corpi viuenti* = Alter Peritus *pag.*61., ibi = *In oltre hò oſſeruato in molte parti di eſſo Corpo anche la pelle auere moti, che non poſſono cagionarſi, ſe non dalla morbidezza di eſſa, altrimenti non ſarebbe arrendeuole, conforme oſſeruai, e toccai particolarmente negl'Occhi, e ſopra l'Vmero ſiniſtro, oue ſolo toccai, e queſt'iſteſſa morbidezza, e arrendeuolezza al tatto conſerua la pelle nelle Coſcie, e parte del Torace.*

22 Has geminas circumſtantias flexibilitatis, & mollitudinis nonniſi miraculo adſcribendas eſſe, firmat Zacch. *quæſt. Medic. legal. lib.*4. *tit.*1. *quæſt.*10. *num.* 15., & vtriuſque meminit Clemens IX. *in Conſtitut. Canonizationis Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis* §. 38., & 39., ibi = *Perſeuerauit Corporis incorruptio cum mirabili flexibilitate quarumdam partium, in quibus Caro tactu preſſa ex poſt ad priſtinum ſtatum redit.*

23 Quarta, quæ miraculum portentoſius reddit, eſt antiquitas temporis annorum 250., quibus elapſis adhùc enarrata, & ita circumſtantiata incorruptio perſeuerat, quæ ſanè adeò longæua incorruptionis duratio in tuto ponit miraculum, vt præciſè tradit Gaſpar Reys *iucund. quæſt.*34. *num.*9., & 11. conſonat Pignattell. *conſult.*95. *ſub nu.* 39. Matth. *de Canonic. Sanct. par.*3. *cap.*14. *num.* 15. naturaliter enim (vt ex Seneca cecinit ille *Epil. Sel. fol.*98.)

*Omnia tempus edax depaſcitur, omnia carpit*
*Omnia ſede mouet, nil ſinit eſſe diù.*

24 Quinta, quæ vim omnibus auget, depromitur ex eo, quod pluries d. Sacrum Corpus Aeri expoſitum fuit, non ſemel de loco ad locum motum

motum extitit, nimirùm, quando è communi Fratrum Cœmeterio, vbi primitùs ſepultum fuit, & per annum iacuit, translatum extitit in congruentiorem locum per litteras Sixti IV. in forma Breuis expeditas, quando de anno 1631. delatum fuit proceſſionaliter per Ciuitatem Neapolim, vſque ad Pontem Magdalenæ occaſione Incendij Veſſuuij, vt probatum fuit *in IV. Miraculo*; quandò demùm factæ fuerunt iudiciales illius recognitiones, & ſignanter de annis 1609., & 1700.

25 Sæpiſſimè manibus contrectatur in anno ad effectum illud ſpoliandi, veſtiendi, & oſtendendi Viris qualificatis, à quibus tangitur, & palpatur, & tamen tactui reſiſtit, vt patet ex toto Summario. In omnibus hiſce amotionibus, & contrectationibus, quod d. Sacrum Corpus adhùc in artubus conſeruetur cum omnibus ſuis partibus, membris, & organizationibus in facie, oculis, palpebris, manibus, & pedibus, nonniſi Miraculo adſcribi poteſt, cum facto impetu, & nouo recepto æthere in qualibet amotione debuiſſet in puluerem abire, vel ſaltem diſſociari membra,& corruptibilium principiorum aliqualem ſubſtantiam oſtendere; nàm naturæ viribus conceſſum haùd eſt, edaci temporis denti Marmora ipſa abſumente, adeò firmiter reſiſtere, eiuſque voracitatem ſuperare; Teſtibus Authoribus, quod, ſi Cadauera poſt mortem ſæpiùs contrectentur, moueantur, & denuò ad alium locum transferantur, ſtatim putredinem nanciſcuntur, Sanctorell. *cap.* 28. *pag.*9. Garman. *de putred. Cadau. lib.*3. *tit.* 1. *part.* 872. Gaſpar Reys *d. quæſt.* 34. *num. primo*, Raynaud. *de Incorrupt. Cadauer. cap.* 2. *num.* 2.

26 Sexta demùm elicitur ex animaduerſione, quod in eius Cappella, & ante eius Ven. Corpus plura lumina inceſſanter ardent, ex quibus non exiguus calor ibidem excitatur; hic autem calor diſsolutionem, & putredinem in Beato Corpore inducere deberet, quia, vt inquit Zacch. *quæſt. Medic. legal. lib.*4. *quæſt.*10. *num.*15. = *Recedente natiuo calore, & extraneo ſuccedente, de neceſſitate naturæ ſiuè illicò ab exceſſu illius fiat, ſiuè rationabili tempore neceſſe eſt etiam Cadauera corruptionem pati, neque tantùm extraneus calor poteſt id, quod natiuus potuit, nempè omnia moderari, humidum ſuperfluum abſumere, in quod imò tanti peragens, neque potens illud vincere eo modo excitet putredinem* = Idquè validatur Ariſtotelis Authoritate, qui *ſect.* 2. *prob.* 33. apertè ſcribit = *Putreſcit autem quodque externo calore, nàm vt ſuo quodque calore concoquitur, ſic externo putreſcit*.

27 Vna, vel altera ex his circumſtantijs ſat eſſet ad ponendum in tuto miraculum Incorruptionis; Sed ſimùl vnitæ prorsùs indubitabile illud reddunt, certoſque nos faciunt miſticæ Incorruptionis, quam Corpus noſtri Beati obtinuit in Vita, vt de non adeò longæua, & minùs circumſtantiata Incorruptione Cadaueris S. Euphemiæ legitur apud Nicephor. *lib.*15. *cap.*14., S. Andreæ Corſini Rot. in Relatione impreſſa apud Lezzan. *conſult.* 1. *num.* 245., S. Eliſabeth Reginæ Luſitaniæ Raynaud. *de Incorrupt. Cadau. cap.*8. *num.*5. *tom.*13., Sanctæ Thereſiæ Gregor. XV. *Conſtit.*20. §.16. *tom.*3., S. Franciſci Xauerij Vrban. VIII. *Conſtit.*4. §.4., S. Roſæ Limanæ Clemens X. *Conſtit.*37. §.46., & Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis Clemens IX. *Bullar. Carmelit. tom.*2. *pag.* 365. §. 38. & 39., & de alijs notat Pignatell. *d. conſult.* 242. *num.* 15. *tom. primo*, Scacch. *de not., & ſign. Sanctit. ſect.*9. *cap.*3., Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap.*14. *n.*17., Zacch. *quæſt. Medic. legal. lib.* 4. *quæſt.* 10.

Atquè

28 Atquè hinc in minimo obſtant Animaduerſiones, quæ per Reuerendiſſimum Promotorem fiunt, ad effectum ſuadendi, quod in qualitatibus dicti Sacri Corporis nihil miraculoſi contineatur. Non quidem prima, quod d. Sac. Corpus fuerit exenteratum; nàm per extractionem tantummodò Viſcerum, ſubtractum haud remanſit à Corpore totum corruptionis principium, quod eſt humidum, vt firmat Cardan. *lib. 6. de rer. variet. cap. 26.*, Scacch. *de not.*, *&* *ſign. Sanctit. ſect. 9. cap. 3. pag. 682. verſic. Obſeruandum*. Remanente igitur cauſa putrefactionis, ſcilicèt humido, in omnibus alijs dicti Sacri Corporis partibus, eæ vtique corrumpi, & putrefieri debebant. Eò vel maximè quia exenteratio hìc minùs exacta, & perfecta fuit; ſolus enim imus Venter apertus fuit, ſed non Thorax, vt refert alter ex Peritis *Summario* pag. 51., ibi = *Inuenitur etiam illud ſinè viſceribus, & inteſtinis, nàm ſciſſus erat, & apertus inferior Venter, ſed Thorax minimè apertus eſt, & ſuam integram continuitatem ſeruat* = multòque minus ſectum fuit Caput, & extractum Cerebrum, & tamen nemo eſt, qui non ſciat, quod, vt à putrefactione præſeruentur Cadauera, hæ partes, præ cęteris, repurgari debent, vti maiori humido repletæ.

29 Nequaquàm officientibus Exemplis Cauſarum SS. Ludouici Bertrandi, & Mariæ Magdalenæ de Pazzis, quorum Corpora conſtabat, non fuiſſe exenterata, nàm id illuſtrius reddere valuit Miraculum Incorruptionis, non tamen exindè concluditur, quod Incorruptio dari non poſſit, ſi facta fuerit exenteratio Corporis, vt de ſe patet.

30 Nec etiam officit ſecunda Animaduerſio, quod Beatum Corpus poſt mortem fuit ſtudioſè exſiccatum, & etiam goſſipio repletum, ex quo depromit Reuerendiſſimus Promotor ſuſpicionem, quod potuerit etiam Balſamo, & Vnguentis deliniri. Siquidem prætenſa hæc ſtudioſa exſiccatio nullibi, nè quidem per ſomnium, probatur; imò penitùs excluſa remanet ex recognitione peracta de anno 1609., in qua ità dicitur = *Totumque Epigaſtrium eſt exenteratum, &* *ſimplici goſſipio repletum negligenter, & nulla ad conſeruandum arte adhibita*, vt in *Summario* obiectionali magnæ Poſitionis *Num. primo*, & clariùs ex relatione omnium Peritorum adhibitorum in recognitione facta anno 1700., nec ea deſumi poteſt ex dicta exenteratione, & illius repletione goſſipio, ex rationibus ſupra deductis. Et vtiquè ſi procurata fuiſſet, rigiditatem in toto Corpore induxiſſet, quæ hìc nullatenùs adeſt, cum dictum Sacrum Corpus ſit molle, & flexibile, vt ſupra probatum fuit, & hinc ceſſat etiam omnis prætenſa imbalſamationis ſuſpicio, quæ de cætero ex infra deducendis penitùs excluſa erit.

31 Minùſque facit tertia Animaduerſio, quod nempe Caro huius Beati Corporis ſit pluſquàm ſicciſſima, & exſicca, vt colligitur ex Teſtibus relatis in præcedentibus Animaduerſionibus §. 12. Quandoquidem, tametſi aliqui Teſtes dixerint, quod Caro dicti Sacri Corporis in aliquibus partibus ſit exſicca, cum tamen etiam dd. partes ſint molles, tractabiles, & flexibiles, vt teſtantur ipſimet Teſtes in obiecto allegati, nimirùm XXXXI. Teſtis *Summ. pag. 38.*, ibi = *Di più oſſeruai, che detto corpo era tutto intiero, e ſano, e ſenza apertura alcuna, frà le Coſte oſſeruai, e toccai li Nerui con qualche parte di Carne diſeccata, e à me parue* CHE IN QVELLA PARTE FVSSE LA CARNE, E LI NERVI FVSSERO PIV' MORBIDI, ED ARRENDEVOLI = & infrà = *Le Gambe, e Coſcie erano ricoperte di pelle intiere, ed incorrotte, che cedeuano al tocco del mio deto, mà à me parue, che maggior morbidezza conſeruaſſero quelle parti intermedie alle Coſte, ſicchè*

*toltone le parti mancanti già accennate, oſſeruai tutto il detto Corpo intiero, ed incorrotto, fù anco da me oſſeruato la fleſſibilità delle Membra di detto Beato Giacomo, e particolarmente quella del Collo, che s'inchinaua, e voltaua, come i Periti voleuano* = Secundus Peritus *pag.*44. *in princip.*, ibi = *Muſculoſaque Caro pelli ſubiecta non ſolum in his, ſed in vniuerſo Corpore pluſquam ſucciſſima, & exſucca exiſtit, & nihilominùs comprimenti digito aliquantiſper cedis, molliſque ſentitur, hoc in ambobus femoribus euident, ſed in ſiniſtro magis perſpicuum* = vtiquè hoc ſufficiens eſt, vt incorruptum exiſtimetur d. Sacrum Corpus, vt fatetur, & probat idem ſecundus Peritus in obiecto allegatus, pluribus rationibus latè deductis in ſuo Examine *Summario pag.*49., ibi = *Primo, perchè eſſendo ſtato per tanti anni circondato queſto Beato Corpo da tanti Cerei, e Lumi acceſi, con facilità poteua l'Vmido fermentarſi, e corrompere la Carne. Secondo per oſſeruarſi li legamenti in tanto tempo conſeruati, in modo, che l'Articoli conſeruauano quaſi tutti il proprio luogo, e permetteuano la fleſſibilità nelle già narrate parti. Terzo per vederſi detto Beato Corpo moderatamente molle, e in alcune parti già narrate più che moderatamente. Quarto perchè eſſendo la pelle molto ſecca, anzi ſecchiſſima*, CIO' NON OSTANTE S'OSSERVA NELLE DESCRITTE PARTI MORBIDA, *eſſendo certo, che la morbidezza non può ſtare accompagnata con gran ſiccità, e quando ci fuſſe l'Vmido, non potrebbe reſtare il Corpo incorrotto, eſſendo l'Vmidità Madre della Putredine* = & vlterius dictus Peritus aſſeruit obſeruaſſe maiorem humiditatem in tendinibus, & ligamentis, quæ de ſui natura areſcere magis debuiſſent, vt *in Summ. pag.*46. §. *Nec minùs*, & *pag.*47. §. *Nec obſtat*.

33 Idquè ſuadet etiam ineuitabile dilemma ex præmiſſis reſultans, cuius vtraque pars apertiſſimè militat fauore Corporis Beati Iacobi; Aùt enim poſt biſcentum quinquaginta annos in eo aliqua adhùc exiſtit humiditas, & mirum eſt, quod putrefactum non fuerit, quia humiditas non regulata à calore naturali, ſed fermentata ab extraneo, qui perfectas concoctiones nullatenùs explere poteſt, neceſſe eſt, vt deſinat in putredinem; Aùt verò ſiciſſimum eſt, & omni prorsùs humiditate deſtitutum, & hoc eſſet maius Miraculum; quia deficiente illo glutino, quod ad ſeruandam vnionem partium eſt neceſſarium, iu cinerem iàm ſolui debuiſſet; tantòque magis, quià frequentiſſimè tangitur, mouetur, ſpoliatur, & nouis veſtibus induitur, prout vtrumque caſum, & vtramquè ſpeciem corruptionis comprehendendo, de hoc glorioſo Corpore, cum admiratione, firmarunt omnes Phiſici, & Medici adhibiti in Peritos in vltima viſitatione.

34 Cæterùm omnes alij Teſtes teſtantur de humiditate exiſtente in dicto Sacro Corpore, & de illius flexibilitate proueniente à quadam vnctuoſa ſubſtantia, vt habetur ex primo Perito *pag.*41. §.2. ibi = *Quæ quidem mollities vtpotè, quæ ab vnctuoſa carnium ſubſtantia partibus iiſdem in viuentibus, non ſine noſtra admiratione hoc quoque in Corpore Thaumaturgo obſeruari potuit* = tertius Peritus *pag.*52. §.15. ibi = *At verò in quibuſdam partibus conſeruatur humiditas* = Quartus *pag.*56. §.19. *pag.*57., & 58. *ſub* §.21. = Quintus *pag.*60. §. 25., & *pag.*61. §.26., vbi ſubdit, quod etiam in pelle videbantur fieri motus = *Che non poſſono cagionarſi, ſe non dalla morbidezza di eſſa, altrimente non ſarebbe arrendeuole, conforme oſſeruai, e toccai particolarmente tutti gl'occhi, e ſopra l'omero ſiniſtro, oue ſolò toccai, e queſta iſteſſa morbidezza al tatto conſerua la parte del Torace* = ac etiam Teſtis XXXX.,

nempè

nempè Reuerendiſſimus Vicarius Eminentiſſimi Archiepiſcopi, qui his verbis, ſe expreſſit = *Che eſſendoſi fatta l'eſperienza la Teſta di detto Beato era fleſſibile, e ſi piegaua da tutte le parti, come ſe foſſe ſtato viuente, e l'iſteſſa fleſſibilità coll'iſteſſa eſperienza fattane viddi nelle Braccia, e Mani, e Gambe, anzi io medeſimo toccai colle mie mani le ſudette parti, e oſſeruai ancora, che la carnagione era morbida* =, vt legitur in *Summario pag.36. §.1.*

35 Quin obſtet exemplum Cauſæ S. Catharinæ de Bononia modò per Reuerendiſſimum Promotorem allatum. In Corpore enim dictæ Sanctæ non aderat, vt hic, mollitudo carnis, & muſculorum, ipſorumque adeò vertebrarum flexibilitas, vt patet ex relatione Periti in Animaduerſione allegati, atquè ideò ſiccitas carnis in Sacro Corpore dictæ Sanctæ Catharinæ præiudicium validè inferre potuit, nè approbaretur continuatio illius incorruptionis, quod ſecùs ſe habet in caſu noſtro, quia, etiamsì caro dicti Beati eſſet exſiccata (cuius tamen ſenſus eſt dumtaxàt ſupradictus ſecundus Peritus) cum admixta adſit etiam mollitudo, hæc vtiquè circumſtantia portentoſius reddit Miraculum, ex rationibus ſuperius deductis.

36 Quod verò dicitur de demolitione Naſi apicis, & ſepti, nil prorsùs officit, quia tenerrima ea cartilago apicis Naſi, & ſepti non eſt demolita, vt aſſeritur, aùt corrupta, ſed eſt corrugata, & oſſeæ baſi adhæreſcit, vt deponit XIX. Teſtis, *Summario pag.19. §.23.* ibi = *Ed oſſeruai, che la punta del Naſo di d. Beato, che alcuni dicono mancarli, non era altrimenti mancante, mà ſi è ritirata indietro, e quando non ſi vede da vicino, pare come mancaſſe, e così la ſtima chi lo vede da baſſo* = & concordat alter ex Peritis *pag.53. §.17.* ibi = *Eccetto però la punta del Naſo, quale non era corrotta, però pareua contratta, e ritirata* = Imò, quatenùs etiam deficeret, nihil detraheret miraculoſæ incorruptioni dicti Sacri Corporis, exemplo Cauſæ S.Mariæ Magdalenæ de Pazzis, in qua pariter conſtitit, nedùm de demolitione extremitatis Naſi, ſed etiam inferioris Labij, vt habetur ex Teſtibus deſuper examinatis, ac datis in *Summario Additionali Cauſæ S. Catharinæ de Bononia num.6. pag.311.* ibi = *Mà guardandoſi ſi trouò, che il Corpo era intatto, e non aueua patito, ſe non di negrezza nel viſo, e vn poco nell' eſtremità del Naſo, e vn poco nel labro inferiore &c.* = & infrà = *e detto Corpo è intiero, come hò detto, eccetto che nell'eſtremità del Naſo, e del labro inferiore &c.* = & alter Teſtis ibi = *Hò ſempre ſentito dire da queſte Madri, che il Corpo della Beata Maria Madalena de Pazzi &c. è incorrotto, & intiero, eccetto che vn poco dell'eſtremità del Naſo, e labro inferiore &c.*

37 Minùſque refert, quod in recognitione facta de anno 1609. obſeruatum fuit, quod caro in furcula erat corroſa, & quamuis dicatur, hoc proceſſiſſe à morſu cuiuſdam Animalis, opponitur, id non probari, & quatenùs probaretur, non releuare, ex quo, ſi incorruptio eſſet miraculoſa, Deus Optimus Maximus, qui alia damna ab hoc Corpore auertit, hoc ipſum etiam auertiſſet.

38 Reſpondetur ſiquidem, quod probatio dictæ corroſionis factæ ab Animali, vt dicitur, *Searafone*, optimè, & concludenter probatur tùm ex ipſamet recognitione, ibi = *Quin imò in furcula gutturis corroſa modicè videtur forſitan ex morſu alicuius Animalis externi* = tùm ex depoſitione Teſtis relati in Animaduerſionibus bon. mem. Reuerendiſſimi Bottini *pag.4.* ibi = *Quel poco, che ſtà corroſa nella forcella della gola,*

*gola, mi raccontò Frà Franceſco Spagnolo, che fù Sagreſtano prima di me 25. anni continui, che era Vomo di ſanta vita, e morì in d. Officio di Sagreſtano, che vna notte li fù tozzolata la Porta della Cella, ed auendo riſpoſto chi era, ſentito vna voce, che diſſe, è Frà Giacomo della Marca, vieni, aiutami, che vn Scarafone mi ſcanna, e il d. Frà Franceſco ſi leuò, chiamò vn Compagno, e andò nella Cappella, aperſe la Caſſa, e ci trouò il Scarafone, che roſicaua nella canna, e ci aueua fatto vn piccolo buco; come ſi vede, e ci poſe vn poco di bombace, e queſto lo raccontò più volte à me, ed ad altri Frati, che lo ſanno tutti* = Hoc probato, & conſtito, quod talis corroſio non prouenit ex cauſa putrefactionis, quæ dumtaxàt nocumento eſſe poſſet, parum refert, quod huiuſmodi damnum illatum fuerit dicto Sacro Corpori, & illud non auerterit Deus; *Incomprehenſibilia enim ſunt Iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius = ad Roman.* 11. 33.. Hinc neminem latet, quod Altiſſimus Martyres ab Igne, & Beſtijs illæſos eſſe iubebat, vbi ad Capitis abſciſſionem ventum eſſet, occidi permittebat, quamquàm impedire perindè id etiam potuiſſet. Qua autem ratione Deus permiſerit corroſionem, de qua agitur, in dicto Sacro Corpore, noſtrum non eſt inquirere; benè tamen verum eſt, hoc non ſine miraculo accidiſſe; cùm ipſe Beatus præmonuerit Sacriſtam, vt à ſuo Corpore auerteretur Animal illud, à quo corrodebatur eius Guttur, vt refert ſupracitatus Teſtis.

39 Quodquè mirabilius eſt, modica illa corroſio, lapſu temporis, per partium corrugationem, vel nouam earumdem vnionem, med iante vnctuoſa humiditate, quæ totum Sacrum Corpus irrorare non deſinit, adeò fuit reſarcita, & conglutinata, vt in vltima Viſitatione detecta non fuerit à tot Medicis, Chirurgis, Iudicibus, ac Teſtibus, in tantum, vt ſecundus Peritus deſcendat ad hanc particularitatem, nempè, quod, Caput Beati, omneſque faciei partes humanam integritatem ſeruabant, ſciſſuram nullam, nullamquè ſectionem habentes, vt legitur in *Summario pag.*43.

40 Eiuſdem irreleuantiæ eſt quarta Animaduerſio, quod nempè, vt Corporis flexibilitas aliquod pondus in re, & ad effectum, de quo agitur, conſtituere poſſet, neceſſe eſſet, vt vniuerſa membra comprehenderet, iuxtà authoritatem Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap.*14. *num.*35., & 36., loquentis de incorruptione Corporis noſtri Beati; quod non eſt in noſtro rerum Themate. Etenim oppoſitum, nempè, quod ad quidditatem miraculi non ſit neceſſe, vt eadem flexibilitas ſit in omnibus partibus, & cum eadem menſura, à S. Sede iàm prædefinitum fuit in Cauſa S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, cuius Corpus, licèt tantùm circa pulſum, & genu repertum fuerit molle, & tractabile, vt habetur ex actu Viſitationis, *dato in Summ. Additionali reſponſionis magnæ Poſitionis num.*5. ibi = *Dùm premeretur manus circa pulſum carnem eſſe mollem, & flexibilem, ſeù palpabilem, ità vt preſſa eleuabatur, quod quidem magna admiratione dd. Medicorum recognouerunt; in Genu etiam ſupra veſtem tacto, dum ſentiebatur, pellem poſt preſſum eleuari* = adhùc tamen hoc ſufficiens viſum fuit ad conſtituendum Miraculum flexibilitatis, & illius continuationis.

41 Quin obſtet id, quod refertur per Galeattium Manſium Peritum adhibitum in recognitione Corporis S. Catharinæ de Bononia; in dicto enim Corpore viſum fuit, aliquas partes parùm, alias nullatenùs eſſe flexibiles, vt ex verbis dicti Periti, ibi = *Alcune parti poco, altre nulla*

*ſono*

*ſono fleſſibili* = In Corpore autem noſtri Beati paucæ ſunt partes, quæ non ſint flexibiles, & tractabiles, vt habetur ex Teſtibus, & Peritis ſupr? velatis. Itidem in Corpore S. Catharinæ deprehenſæ iam fuere quædam rimulæ in Cute, quæ tamen procul abſunt in re noſtra, etiamſi collum, bracchia, & cæteræ Corporis partes ſæpiſſimè contrectentur, & inflectantur, vt ſupra probatum fuit.

42 Prætterquamquod obiectum ceſſat etiam ex eo, quod Doctores requirentes circumſtantias flexibilitatis, & mollitudinis, vnà ſimul cùm incorruptione, loquuntur, & intelligendi ſunt de Cadaueribus eorum, qui deceſſerunt ſine fama Sanctitatis; Secùs verò in his, in quibus tantùm tama concurrit, vt firmant indiuidualiter Bordon. *de Miracul. medit.25. num.11.*, Pignattell. *conſult. canon.95. ſub num.30. verſ. Nulli dubium, & num.44. tom.4.*, Matth. *de Canoniz. Sanct. part.3. cap.14. num.3. in fin., & num.35. par. in fin.*, Raynaud. *de Incorrupt. Cadau. cap.8. num.1.*; Et de facto incorruptio Cadaueris S. Roſæ Limanæ inter Miracula recenſetur abſque huiuſmodi requiſitis in eius Canonizationis Bulla per Clementem X. *Conſtit.37. §.46.* ibi = *Repererunt virgineum corpuſculum poſt quintum decimum expletum ab obitu annum conſumptis indumentis, oſſibus integris, & adhùc ſicca hincindè carne obductis* =

43 Nèc etiam ſubſiſtit, quod quinto loco animaduertit Reuerendiſſimus Promotor, nimirùm, quod, licèt odor à defuncto Corpore promanans, habitus fuerit, & reputatus à Sancta Sede tamquàm ſignum, quo Deus alicuius Serui ſui Sanctitatem teſtari dignatur, vt pluribus eruditè, ac doctè probat, cum nihilominùs non ſit in hypotheſi noſtra præſenti probata negatiua coarctata quoad immiſſionem alicuius rei naturaliter odoriferæ, & quod caput eſt, cum aliqua dictæ immiſſionis ſuſpicio ex ipſis Teſtibus deſumatur, vt in Summario locis in Animaduerſione citatis, duo ex hiſce circumſtantijs infert; alterum, quod nullum eſt conſtituendum in odore momentum, alterum, quod ſicuti liquor, quo Goſſipium inuentum eſt madefactum, potuit eſſe liquor balſamicus, ſic expoſita Corporis incorruptio tamquam miraculoſa haberi non poſſit, cum Miraculum ceſſet, quoties vrget intromiſſi Balſami ſuſpicio.

44 Siquidem, quod attinet ad negatiuam coarctatam prætenſæ immiſſionis alicuius rei naturalitèr odoriferæ, ea quidem concludentiſſimè probata remanet ex tot, tantiſque diligentijs deſuper adhibitis à Peritis, ac à Iudicibus, & Subpromotoribus Fidei, vt patet ex toto Summario tàm magnæ Poſitionis, quàm Memorialis reſponſiui ad obiecta, cuius initium = *ad remouendam &c.* = quoties verò negatiua deſumitur ex Peritis, probationem rigoroſam non exigit. *Rot. dec.42. num.3. part.4. tom.2. Rec.*

45 Et ſanè Periti, ordinarijs diligentijs non contenti, vltra progredi voluerunt ad ſeſe magis magiſquè certificandos, quod odor ille non erat adſcititius, nèc immiſſus, ſed ſupernaturalis; hinc primus, poſt quam diligentiſſimè vnà cum alijs Colleghis recognouit Beatum Corpus, petita licentia ab Eminentiſſimo D. Archiepiſcopo, illud manibus luſtrare iterùm voluit extrà, & intùs ab imo ventris, vſque ad guttur, & nullum prorsùs in eo inuenit imbalſamationis aùt cuiuſcunque alterius odoris veſtigium, vt legitur in *Summario pag. 69. in fin., & pag.70.*; eamdem diligentiam facere voluit etiam Secundus *pag.71. §.4.*, & Tertius, vt habetur *pag.74.*, & Quartus *pag.77. §. 8.*, qui

vna-

vnanimiter concluſerunt, nihil artificiale ibi reperiſſe, ſed odorem hunc eſſe omninò ſupernaturalem, & cęlitùs immiſſum, coarctantes etiam negatiuam, quia videlicèt, ſi aliquid in dicto Corpore, vel Vrna fuiſſet reconditum; Vtique non fallere potuiſſet criterium eorum ſenſum, & exactiſſimas tot inſignium Virorum diligentias.

43 Iudices verò, ut certiores fierent, nè aliquod odoriferum intrà, vel extrà Vrnam repoſitum eſſet, voluerunt, ut Sacrum Corpus ex Arca extraheretur, & extenderetur ſuper Altare, & accuratiſſimè totas illius partes a Capite vſquè ad pedes inſpexerunt, & recognouerunt, nihilque prorsùs immiſſi odoris inuenerunt, ut ex Epiſtola Epiſcopi Maſſæ Lubrenſis alterius ex Iudicibus *dicto Summario Memorialis reſponſiui num.2. pag.13.*, ac ex atteſtatione Notarij *dicto Summario n. 4. pag.14.*

44 Quis igitur dubitare poterit, his omnibus diligentijs adhibitis, plenè probatam non remanere negatiuam intromiſſionis adſcititij odoris? nec utique maior probatio hanc negatiuam juuabat in Cauſa S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis; nàm in Inſtrumento Viſitationis Sacri Corporis nil prorsùs habetur de perquiſitione ad excludendam artificialem ſuauitatem, ut patet ex dicto Inſtrumento dato *in Summario additionali* Magnæ Poſitionis *num.* 5.; imò ſolummodo tres Moniales in dicta Cauſa teſtatæ ſunt, nunquam fuiſſe Sanctæ Corpori admotos flores, aùt aliud genus odoris, quæ Moniales ſunt in *Summario* illius Cauſæ ſub *num.* 18. Teſtes 22. *lit. C.* 28. *lit. I.*, *&* 29. *lit. O.*, quam probationem longè excellunt ſupra deducta in præſenti Cauſa.

45 Excluſa itidem remanet omnis adſcititij odoris introductio ex animaduerſione, quod Capſa, ſeù Vrna, in qua reconditur d. Sacrum Corpus, non eſt in poſſe unius tantùm Perſonæ, ſed quatuor eſt obſerata clauibus exiſtentibus penès diuerſas Perſonas, & una extat penès Eminentiſſimum Archiepiſcopum; ut referunt ſex Teſtes *Summario* Magnæ Poſitionis *pag.* 14. *§. 8. &* 9., Teſtis XXXX. *pag.* 37. *in fin.* Teſtis XXXXII. *pag.* 40. §.5., Teſtis XXXXVI. *pag.*75. §.6., undè cum non ſinè omnium conſenſu, & notitia aliquid illùc odoriferi introduci potuerit, imperceptibile redditur, quod omnes in idem conſpirare voluerint ad fallendum piam Fidelium credulitatem.

46 Hucuſque deducta ſufficere videntur ad intentum; ſed, ut res clarior efficiatur, plures hic adnectere operæ pretium ducimus circumſtantias, ex quibus pluſquam manifeſtum fiet, prædictum odorem, non niſi ſupernaturalem, & cæleſtem eſſe; & earum prima reſidet in eo, quod præfata fragrantia eſt inſolita, & nulli ſuauitati naturali poteſt aſſimilari, ut concordiſſimè perhibent tùm Teſtes, tùm Periti, tum Iudices in *toto Summario huius miraculi*. Hanc autem circumſtantiam valdè notabilem cenſendam eſſe, non obſcurè deſumitur ex eo, quod, Authore Cardinali Toleto *Annot.* 31. *in Euag. S. Luc. cap.*2., refert, vernacula lingua, Menoch. *in Storcis part.* 1. *centur.* 1. *cap.* 10. *de inuent.* Præputij Seruatoris Domini pag. mihi 25. verſic. *dette queſte* inquiens = *Sentirono ſubito tutti da quel Inuoltino una marauiglioſa fragranza di un odor ſoauiſſimo, che non ſi poteuano imaginare, nè figurare nella mente, à che coſa ſi aſſomigliaſſe* = & de ſimili odoramento Cadaueris S. Euphemiæ loquitur Nicephor. *Eccleſiaſt. Hiſtor. lib.*15. *cap.* 3. ibi = *Si quis in Sacrarium id, ubi Tumulus, & S. Martyris Reliquiæ, perindè ac Theſaurus nunc repoſitæ ſunt, veniat; odor immenſus, & naturæ captum, odoreſque omnes, quos Ars humana conficit, ſuper-*

*pergrediens* : ac de Corpore S. Franciſci Xauerij Vrbanus VIII. in illius Canoniſmo pronunciauit = *Odorum fragrantiam ſpirabat, ut eſſet ſupra omnia Aromata* = & ex hoc Sponſa in Sacris Canticis 4. & 10. laudatur = *odor unguentorum tuorum ſuper omnia Aromata* = & S. Eccleſia in Reſponſ. 6. lect. Domin. 3. poſt reſurrect. pſallit = *Et odor veſtimentorum ejus ſuper omnia Aromata* = Quamobrem antedictæ unanimes atteſtationes huic validæ rationi innixæ, fortius concludunt, procul abeſſe odorem appoſititium, ad tradita per *Rot. deciſ.* 389. *n.* 9. *part.* 18. *tom.* 1. *rec.*, & negatiua dicti odoris naturalis, ſeù artificialis probata remanet ex oppoſita affirmatiua odoris ſupernaturalis Alberic. *in leg.* 2. *ſub num.* 3. *ff. de probat.* Erculan. *de negatiua num.* 149. *& ſeq.* Fermoſin. *in cap. quoniam contra* 11. *quæſt.* 2. *num.* 3. *verſ. quia per oppoſitum de probat.*

47 Secunda circumſtantia colligitur ex reflexione, quod, ſi præfatus odor ortum duceret ab aliqua artificiali cauſa, & naturalis eſſet, vtique ſemper, & eodem modo exhalaret, & ab omnibus promiſcuè perciperetur, ut notat Piguattell. *conſult.* 95. *num.* 10. & tamen hic, non omnibus, & ſemper patet, ſed ſpirat ubi, & quando vult; taliter ut in ultima Viſitatione, licèt Periti, Teſtes, & Iudices omne experimentum fecerint, ad effectum recognoſcendi, an ex dicto Sacro Corpore odor efflaret, nihil prorsùs percipere valuerunt; poſt verò tres horas circiter, & dum terminabatur actus Viſitationis, miro in modo fragrare cæpit, ut plenè probatum fuit in Informatione, & Reſponſione ad Animaduerſiones.

48 Tertia eſt, quòd dictus odor internum gaudium, & lætitiam inſpirat in illis, qui digni fiunt à Deo eum percipere, ut refert. 2. Peritus de facto proprio *Summario pag.* 48. §. 9. ibi = *Quinto odor ſuauiſſimus eſt, nulli ex communibus odoribus ſimilis, qui internum gaudium, & lætitiam mihi intulit* = 3. Peritus pag. 52. §. 16. ibi = *Quarto manifeſto ſuper naturalem agnoſco odoris illam relatam ſuauitatem, tum quia odoris qualitas id ipſum manifeſto oſtendit, tùm quia gaudium, quod mihi intulit ſuper naturale procul dubio fuit* = Hoc autem eſſe ſignum verum, quod huiuſmodi fragrantia ſit ſuper naturalis, & cæleſtis, aduertit Pignattell. *conſult.* 95. *tom.* 4. *num.* 19. ibi = *tum etiam, quia eſſet tantummodò odor naturalis nullam præbens Spiritui gratam conſolationem, & ſuauitatem. Odor autem emanans è Corporibus Seruorum Dei omnium Animos Spirituali conſolatione permulcet. Quod eſt ſignum, quo in his rebus ſemper dignoſcitur Suauitatem Cæleſtem eſſe, ac mirificam.*

49 Quarta circumſtantia eruitur ex eo, quod dictus odor adhæſit, vel manibus tantùm aliquorum Peritorum, & Iudicum, vel Sudariolis, & non in omnibus idem, eodem tempore, perdurauit; nulla cadente dubitatione quoad factum. Primus enim Peritus *Summario pag.* 68. §. 1. ita teſtatur = *le mie mani parteciparono talmente del detto odore, che poſitiuamente odorauano, e dauano la medema fragranza come quella ſentita nel fine di detta oſſeruazione* = & infra = *quale odore nelle mie mani durò dalla ſera di detta Viſita ſino alla mattina ad ore* 12., *che io me le lauai* = Secundus Peritus pag. 71. §. 4. = *auendo io toccato detto Beato corpo in tale oſſeruazione, reſtò nelle dita delle mani un' alito odorifero, che durò per molte ore* = Tertius Peritus pag. 53. *Fatta detta oſſeruazione ſi cominciò à ſentire communemente da tutti, e l'uno, e l' altro ci diceuamo, ò che bell' odore, ò che fragranza, queſta pare, che ſia di Paradiſo, e tutti communemente lo ſtimaſſimo come ſopranaturale, e prodigioſa, e*

*fra*

*fra noi Periti l' uno con l' altro ci dauamo ad odorare le mani, che rendeuano l' odore della medema qualità, e nelle mani poſſo dire, che tal odore durò per il termine di tre giorni in circa, nel qual ſpatio di tempo alcuni miei Amici, con cui ebbi occaſione di trattare, mi diceuano, che odore porti addoſſo, e quel che più mi daua marauiglia, che detti miei Amici non ſapeuano coſa alcuna della viſita da me fatta di detto B. Corpo. In oltre dico, che per mia diuozione preſi il fazzoletto, che teneuo per aſciugarmi il ſudore, che in detta giornata di detta viſita per il caldo grande, che ſentiuo, fu in molta abbondanza, e detto fazzoletto ne ſtaua aſſai bagnato, e lo poſi dentro l' infimo ventre di detto Beato, e per vedere ancora, ſe daua odore alcuno, quale immediatamente leuato da detta cauità, non rendeua odore alcuno, mà benſì uſcito da detta Cappella finita detta viſita, e andatomene in mia caſa volendomi ſeruire di detto fazzoletto per aſciugarmi detto ſudore della faccia, ſentij una gran fragranza d' odore della medema maniera, che aueuo ſentito nella Cappella, che daua detto fazzoletto, quale CONSERVO' DETTO ODORE PER PIV MESI, & io lo tengo, come una reliquia =* Quartus Peritus pag. 75. = *Dico di vantaggio, che dopo toccatoſi da me il detto Corpo oſſeruai, che le mie mani, e una MIA CORONA, che per diuotione toccai al medemo Corpo, reſiò per molte ore fino alla mattina del giorno ſeguente alla giornata di detta Viſita, à ſegno che ſenſibilmente approſſimato dette mie mani, e detta CORONA ALLE NARICI rendeua un ſimile odore al detto di ſopra =* Quintus Peritus pag. 62. §. 27. ibi = *Non vi trouai veſtigio veruno di coſa balſamica, con auer meſſo le mie mani così dentro del petto, come dentro del ventre di detto Beato corpo, non ſentij nell' atto di detta oſſeruazione odore alcuno, eſſendo poi ritornato circa un' ora doppo fatta l' oſſeruazione da Voſtra Eminenza, & altri Signori Veſcoui, & altri Teſtimonij, che aſſiſterno per tal' effetto, ad oſſeruare detto corpo, lo ritrouai ſpirare un' odore ſuauiſſimo, e benche non aueſſi ripoſto le mani dentro del petto, e ventre, come di prima, ma ſolo con toccare le parti, oue era ſteſſibilità, reſtò nelle mie mani impreſſo un odore ſi ſuaue, che non ſol eccedeua gl' odori naturali mà ancora l' artificiali, e MI RESTO' IMPRESSO IN DETTE MANI PER DVE GIORNI, BEN CHE L' AVESSE LAVATE PIV VOLTE, per il che mi confermai nel ſudetto ſentimento d' eſſere tutto l' oſſeruato miracoloſo =* Ex atteſtatione DD. Iudicum *Summario pag. 79. = Et quod magis obſeruatione dignum, hujuſmodi odor non innotuit prædictis DD. Iudicibus in aperitione Areæ d. Beati Iacobi de Marchia, nec toto temporis Spatio quo Sacri Corporis d. Beati obſeruatio peracta fuit, ſed circa finem præfatæ obſeruationis, & tantæ efficaciæ eſſe præfatum odorem, ut non tantùm Nares, ſed ut manus effeciſſe ipſorum DD. Epiſcoporum Maſſæ Lubrenſis, & Fundani, & per ſpatium plurium horarum duraſſe, ut ipſi met Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi DD. Epiſcopi dixerunt, & inſuper ipſe Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus D. Cardinalis dixit, quod cum in obeunda prædicta functione abſtergeret ſudorem à ſua facie in magna copia emanantem cum ejus proprio Sudariolo lineo, obſeruauit non in actu functionis, ſed poſt receſſum à Cappella, & in itinere, & dum in ſuam Domum reuertebatur, prædictum ſuum ſudariolum ſuauiſſime redolere qualitate odoris jam recenſiat, & ad maiorem talis facti comprobationem præfatus Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Cantelmus exhibuit prædictum Sudariolum penes ſe exiſtentem, coram dd. Illuſtriſſimis DD Epiſcopis, & D. Fidei ſubpromotore, quod benè ab omnibus præd. DD. Iu-*

*Iudicibus, & Subpromotore, & à me Notario obſeruatum, fuit inuentum adhùc redolens eumdem ſuauiſſimum odorem, modo, quo ſupra, quod quidem ſudariolum penès ipſum Eminentiſſimum D. Cardinalem remanſit &c.* = Idem confirmat dictus Eminentiſſimus Cardinalis in Epiſtola *poſt annum* ſcripta ad Sacram Congregationem *Summario pag.* 80. ibi = *Placuit Altiſſimo, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, nouum Sanctitatis ſpecimen oſtendere in dicti Beati Corpore, & quod non in exordio, ſed circa finem præfatæ functionis ſuauiſſimum effluit odorem cum aliquibus circumſtantiis recenſitis in Examine Peritorum, in Teſtificatione à me, aliiſque Epiſcopis authenticè porrecta, ſed ultrà teſtificari teneor, quod manus meæ ultra diem integrum contrectati Sacri Corporis odorem reddiderunt, atque Sudariolum, omnis priùs odoris expers, adhibitum pro abſtergendo ſudore ex meo Vultu in obeunda functione emanato, tali mox, ac tanto odore fuiſſe imbutum, ut ſuperata excrementitij humoris reſiſtentia adhuc in præſentiarum poſt annum ſuauitatem aliquam, tamen & ſi diminutam præfati odoris retineat* =

50 Qualis, quæſo, eſt odor naturalis, & artificialis tàm efficax, & ſpirituoſus, qui hæc operari queſat? & cùr potiùs ſudariolis Eminentiſſimi Cardinalis Cantelmi, & Tertij Periti, & non in omnibus alijs eorum veſtibus, & ſudariolis aliorum Coniudicum, Teſtium, & Peritorum adhæſit? Oportet igitur fateri, d. odorem eſſe ſupernaturalem, & diuinitùs immiſſum in Corpore Beati Iacobi, & per conſequens Miraculo adſcribendum.

51 Atquè hinc nulla prorsùs ſuſpicio depromi valet ex eo, quod alter ex Teſtibus relat. in Animaduerſione dicat, quod pars Goſſipij exiſtentis in ea parte, qua extracta olim fuit coſtula, ut in argentea Statua reconderetur = *pareua inſuppata di qualche liquore, che non ſi poteſſe ſapere, che coſa era* = & alter Teſtis = *e parte aueua un colore, che tiraua al roſſaccio mortificato, e oſcuro, ſicchè non potei formar giuditio, ſe d. colore foſſe prouenuto dal liquore, o da altra cauſa* = quippè quia iſta ſuſpicio prorsùs excluditur ex relatione Peritorum, qui diligentiſſimè manibus luſtrarunt totum Thoracem, & teſtati fuerunt, tùm nil penitùs in eo deprehendiſſe, vt videre eſt in toto Summario primi, ſecundi, & tertii Miraculi, tùm nullum ſpirare odorem goſſipium illud etiam qua parte tinctum viſebatur, ut in *Summario pag.* 43. ibi = *Verùm in hac extractione illud notabile fuiſſe, nimirum totum Goſſipium album ſiccum, omnique prorsùs odore ſpoliatum portione illa excepta, quæ Carne auulſæ Coſtæ ſubſternebatur, in qua rubrum neſcio dixerim Sanguineum colorem vidimus, ſed pars hæc quoque prorsùs ſinè odore toto hoc tempore nec nobis, nec alicui ex Aſſiſtentibus odor ullus ſe obtulit* = idem confirmat Tertius Peritus *pag.* 51. *ſub* §. 14. & *pag.* 73. Quartus Peritus *pag.* 74., Quintus Peritus *pag.* 76. Vndè indubitatum efficitur, d. colorem non proueniſſe ab aliquo liquore balſamico, quia ſi id eſſet, utique & odorem efflaſſet, & totum d. Goſſipium, non autem altera tantum illius pars eodem liquore pertinctum fuiſſet, ut reflectenti patet; Veriſimilius benè quidem eſt, colorē illum vel antea in goſſipio adfuiſſe, vel proceſſiſſe ex aliquo Sanguinis reſiduo, qui in ea parte, qua extracta fuit ſupradicta Coſta adhuc vividus conſeruabatur; idemque optimè ſuadet qualitas ejuſdem Coloris vergentis ad rubrum roſaceum mortificatum, & obſcurum, prout in hunc, & ſimilem colorem paſſim conuerti inſpicitur Sanguis in Tela aſperſus, & per aliquod temporis interuallum non demundatus.

52 Multoque minùs obſtat, quod alter ex Teſtibus, nempè Sacriſta Cappellæ Beati dixerit, hunc odorem tendere ad balſamum; quia non proindè concludit, quod proueniat à balſamo; Simile autem non eſt idem *Rot. deciſ.* 307. *num.* 17. *part.* 16. *Rec.* Et Spiritualia ſenſibus communicari non poſſunt, niſi per ſpecies ſenſibiles; hinc etiam Sponſa apud Eccleſiaſt. dicebat = *Sicut balſamum aromatizans odorem dedi* = & tamen non intelligebat de odore materiali, ſed cœleſti; ſic etiam Eccleſia laudabiliter canit = *Sancti tui Domine florebunt ſicùt Lilium, & ſicùt odor Balſami erunt ante te* = Et conſimile habetur in Bulla Canonizationis S. Franciſcæ Romanæ, in qua ſupernaturalis odor promanans è Sacro Corpore dictæ Sanctæ comparatus fuit odoratis floribus, ibi = *Tantis enim odoribus fragrauit, vt omnia odoratis floribus referta viſa fuiſſe acta teſtentur* = & expreſſius *in Bulla* 37. *Canonizationis Sanctæ Roſæ Limanæ Bullar. tom.* 5. *pag.* 543. §. 46., ibi = *Reperierunt Virgineum corpuſculum poſt decimum quintum expletum ab obitu annum, conſumptis indumentis, oſſibus integris, & adhuc ſicca hinc inde carne obductis, QVÆ ODOREM ROSARVM EXHALABANT* = & tamen nulla adſuit prudens ſuſpicio, quod aqua roſarum, aliorumque florum perfuſa fuiſſent earum Sacra Corpora.

53 Vltra quamquod, cum præfatus Teſtis, quoad hoc, ſit vnicus; cæteri enim omnes tùm Periti, tùm Iudices fatentur, dictum odorem nullo humano odori poſſe comparari, vt ex ſecundo Perito *Summario pag.* 44. §. 5. ibi = *Suauiſſimus odor ſpargitur, qui nullum ex noſtratibus odoribus imitatur* = & pag. 40. = *odor ſuauiſſimus eſt nulli ex humanis odoribus ſimilis* = & pag. 50. = *à mio parere non ſi poteua comparare con niun altro ò naturale, ò artificiale* = & ex tertio Perito pag. 54., & 55., ex quarto Perito pag. 59. §. 23., ex quinto Perito pag. 62. §. 27., ex omnibus Coniudicibus in eorum atteſtatione, quæ habetur *in Summario pag.* 79. ibi = *Et atteſtati ſunt, quod ipſi obſeruarunt, & ſenſu perceperunt odorem ſuauiſſimum, qui non tantùm Aromata, ſed aliquid aliud ſuauius, & iucundius efflabat* = quod ſeorſim confirmauit etiam Reuerendiſſimus Epiſcopus Fundanus in ſua Epiſtola ſcripta ad Sac. Congregationem, quæ habetur *in Summ. pag.* 81., & Epiſcopus Maſſæ Lubrenſis in ſimili pariter Epiſtola regiſtrata in *Summario pag.* 82., & demum Canonicus Nicolaus Rota Fidei Subpromotor, vt in altera eius Epiſtola ſcripta ad Reuerendiſſimum Bottinum tunc Promotorem, de qua *in Summario pag.* 85. Vtiquè, quod præfati Teſtis ſenſui non eſſet deferendum ex notis iuribus.

54 Perſpiciens Reuerendiſſimus Promotor ſuas ſupra excitatas animaduerſiones applicari non poſſe Capiti noſtri Beati, quod à Peritis, & Teſtibus dicitur integrum, & abſque vlla futura denotante poſſibilitatem inciſionis, & extractionis Cerebri; ac prætermittens, quod ex hac re, nihil aliud inferri poteſt, quàm quod Caput ſit integrum, & incorruptum, & quod reliquo Corpore corrupto, idem præſeruatum fuerit miraculosè à corruptione, vti contigiſſe dicitur in S. Bonauentura; vrget tamen, quod permauente etiam Capite integro, nec vlla facta in eodem inciſione, potuit Caput, & potuit reliquum Corpus artificiosè, & ſine miraculo à corruptione liberari, tùm quia liquor aliquis efficax, & acutus potuit per os introduci, & eius euaporatio potuit ad Cerebrum penetrare per oſſis, Etmoidis, & Meningis poroſitates, tùm quia, Teſte Erodoto in Euterpe, nouum non eſt, quod

ad

ad effectum præſeruandi Corpora à corruptione, Cerebrum opera curui ferri per Nares educatur, & locus Cerebri eodem modo medicamentis repleatur; & tandem quia, ſi Corpus fuit exenteratum, nèc eſt vndequaque inuerisimile, quod fuerit vnguentis delibutum; non videtur excedere vires naturæ, quod nulla facta in Capite inciſione, idem potuerit à corruptione ſine miraculo præſeruari.

55 Hæc autem omnia irreleuantia eſſe videntur, vtpotè innixa ſoli poſſibilitati, & ſic prorsùs ſpernenda; cum aſperum nimis eſſet ex non exiſtentibus argumenta pro deſtruendo miraculo velle deducere; obuiaque ſit Iuris regula, quod argumentum à poſſibili nihil operatur *Rot.decis.579.num.18.port.2.Rec.*, & alibi millies

56 Eo vel maximè, quia, quod attinet ad poſſibilem immiſſionem alicuius liquoris per os, inuerisimile, imò prorsùs erroneum eſt, quod facta fuerit; prætermiſſo enim, vix perceptibile eſſe, quod dari poſſit liquor tàm efficax, & acutus, qui aptus natus ſit per eius introductionem in Os, Corpora incorrupta diù ſeruare; nec hactenùs in tota Arte Phiſica, & Medica inuentus fuit; & quatenùs repertus extitiſſet, vtiquè, nedùm eius compoſitio ad hæc tempora ſciretur, ſicuti ſcitum eſt omne genus Cadauerum Pollincturæ adhibitæ, præſertim ab Ægyptijs, qui huiuſmodi artem præceteris calluerunt: verùm etiam paſſim adhiberetur, relictis tot alijs Aromatibus condituris, diligentijs, & ſtudijs, quibus vana Ars in præteritum vſa fuit, & in dies vtitur pro præſeruandis Cadaueribus à putrefactione; hoc vnum certum, & incontrouertibile fuiſſet, quod huiuſmodi liquor acutus, & ſpirituoſus Vertebrarum ligamenta, & Cutem ſic exſiccauiſſet, vt leuiora motatiuncula quaſi vitrea forent, & in fragmenta abirent; & tamen in re noſtra, etiam Collum Capitis Beati eſt integerrimum, & mobile quoque verſum, vt ſupra probatum fuit.

57 Quod verò dicitur de aſſ. extractione Cerebri opera incurui ferri per Nares, & loci Cerebri eodem modo medicamentis repletionis, remouetur, nedùm ex ijs, quod, nimirùm, facta non fuerit, verùm etiam ex eo, quod, etiamsì facta probaretur, nec etiam apta fuiſſet inducere incorruptionem, vt in puncto tradit *Zacch. quæſt. Medic. legal. lib.4. tit.primo quæſt.10. num.12.*, loquens de conditura Cadauerum Ægyptiano modo peracta, videlicet per ferrum incuruum, Medicis Italis cæteroquin prorsùs ignotum, ibi = *Aut ſi exenterabant, id non perfectè faciebant, neque cæteras cauitates, ſiuè ventres vt Cerebri rectè repurgabant, quia ex Herodoto Ægyptij incuruo ferro per Nares Cerebrum educebant, vndè abſque dubio eueniebat non omninò internam Capitis cauitatem a Cerebri Corpore repurgari, & ſic facilius Cadauera putreſcæbant, licèt ſingula in ea exiſtentia foramina multis Aromatibus infarcirent*.

58 Quod denùm objicitur de exenteratione Corporis, ex hac vtiquè induci nequit prætenſa Imbalſamatio, quia nullum eius, vel leue veſtigium repertum fuit per Peritos in dicto Sacro Corpore, vt ſupra plenè probatum fuit.

59 Itidèm nec etiam facit, quod noſter Beatus Vigilijs, Ieiunijs, & vltimo ſenio exſiccatus ex hac vita deceſſit, & eius Corpus fuit diligenter occluſum, & ſic ab Aeris iniurijs liberatum. Nàm Ieiunia, Vigiliæ, & Senium potuerunt quidem aliquantulum exſiccare aliquas Corporis partes, prout de facta exſiccarunt, & hæc eſt ratio, cur etiam hodie ità inſpiciantur; non valuerunt tamen totas exſiccare, & peni-

tùs extinguere, & diluere ſanguinem, & humidum aqueum, & oleoſum, quibus referta ſunt viuentium Corpora, & ſine quibus detineri non poſſent. Cùm igitur in eo remanſerint, & ſanguis, & humidum, vtique ex his corruptio, & putredo progigni debuerant Teſte *Ariſtot. problem. ſect.10.num.47.* = *Quod ſua natura humidum eſt celeriter putret, & cætera, quæ non mouentur, neque exhalant, facilè corrumpuntur* = & comprobat *Zacch. quæſt. Medic. legal. lib. 4. tit.1. quæſt.* 10. ibi = *Omnium autem promptiſſimè putreſiunt, quæ ſanguine prædita ſunt, quod calido ſimul, & humido temperamento natura ſint, quorum vtrumque putredinis principium eſt.*

60 Idquè pluribus exemplis etiam confirmari poſſet tot Sanctorum, & Pœnitentium Anacoretarum, quibus tamen relictis, duo tantùm ex Sacra Scriptura deſumere libeat; alterum ex patientiſſimo Iob, qui crudeli morborum phalange, & perſtricta dieta conſumptus, adeout contemplans ſtatum miſerabilem, & excarnem ſui Corporis exclamauerit = *Pelle, & Oſſibus circumueſtiſti me* = nèc tamen exindè incorruptionem præarguit, ſed dixit = *Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum, quod comeditur à tinea* = & alterum ex Regio Vate ſæuiſſimæ pænitentiæ prima Idea, qui pelle, & oſſibus circumueſtitus, exſuccus lacrymis, & excarnis à victus ratione, ad quod oſtendendum flebili cythara in Pſalmis Pœnitentialibus exclamare ſolebat = *Quoniam in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo* = *Non eſt ſanitas in carne mea, non eſt Pax oſſibus meis* = *percuſſus ſum, vt fœnum, & aruit Cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum* = *Cinerem tamquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam* = *Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis* == *Rugiebam à gemitu cordis mei* = hiſce nihilominùs indicibilis pœnitentiæ ſeueritatibus, carnis, & humidi exſiccatiuis, non obſtantibus, prophetauit, dicens Pſalm. 29. = *quæ vtilitas in ſanguine meo, dùm deſcendo in corruptionem?* vere agnoſcens, quod licèt exuccus, & excarnis in toto corpore, ſanguine tamen ſanguifera Vaſa madebant, ex quo, non retardato diuinitùs naturæ curſu, deſcender e debebat in corruptionem.

61 Nèc ſubſiſtit, quod Corpus dicti Beati poſt obitum fuerit diligenter occluſum, & ab aeris iniurijs liberatum. Quandoquidem, vt ſupra concludentiſſimè oſtenſum, & probatum fuit, per quatuordecim dies inſepultum iacuit, vt referunt etiam Auditores Rotæ in eorum relatione ſub titulo de Fama Sanctitatis poſt mortem, §. *Referunt*, ibi = *Referunt primus Teſtis, tunc Sacriſta Eccleſiæ Trinitatis in Ciuitate Neapolitana, &* 11. *ambo ſuper* 18. *in primo Proceſſu Neapolitano, Corpus eius, quod per* 14. *dies in eadem Eccleſia Trinitatis inhumatum extitit* = & millies aeri expoſitum fuit, & in dies exponitur, ſæpiùs de loco ad locum translatum; ſæpiſſimè denudatum, excuſſum, & contrectatum, & tamen centenorum annorum curſu intus, & in cute ſemper idem eſt; non intus alteratæ Carnes; non in cute mutatus color; firmiſſimi adhùc adſunt in radicibus ſuis in facie pili; adſunt digitorum extremis naturaliter adhærentes vngues; venæ, muſculi, tendines, ſuis in locis, diramantur, extenduntur, figuntur; nec à Cadauere recenter extincto diſtinguitur Corpus longiùs exanimum dicti Beati; quæ quidem omnia nec balſama, de cætero non adhibita; nec natura facere queunt; ſed ſola Dei virtus, & potentia,

tia, quæ non dat, Sanctum ſuum videre corruptionem, vt ex *Act. Apoſt.*13., & 35.

62 Sed ad quid huculque tempus triuimus, cùm infallibile habeamus teſtimonium tùm Sacræ Rotæ, tùm Sacræ Congregationis, quæ incorruptionem dicti Sacri Corporis pro miraculoſa iam declararunt, vt optimè firmat ipſe met Reu. Promotor in ſuis Animaduerſionibus ſub *num.*12., quo circà fas ampliùs non eſt, eam in diſcrimen reuocare iuxtà decretum *Innoc.II. in Epiſt.*192. *D.Bernardi relatum*.

63 Vim, & efficaciam prædictorum omnium optimè prænoſcit Reuerendiſſimus Promotor; Suas proindè proſequens Animaduerſiones, ait, quod quatenùs ex hiſce omnibus qualitatibus ſimùl iunctis, incorruptionis videlicèt,& flexibilitatis, perennitatis eiuſdem incorruptionis, & eiuſdem flexibilitatis, nèc non odoris à Beato Corpore promanantis, aliquod miraculoſum coaleſcere poſſet; cùm omnes prædictæ qualitates præceſſerint Beatificationem prædicti Beati; de eis hìc, & nùnc non eſſet habenda ratio, ex quo agitur de tranſitu a Beatificatione ad Canonizationem,& Miracula in præſenti diſcutienda debent poſt Beatificationem ſuperueniſſe.

64 Huiuſmodi verò Animaduerſioni reſpondendo dicimus, quod ſpectat ad flexibilitatem, haud in facto ſubſiſtere, quod ea præceſſerit Beatificationem, ſed vtiquè ſuperuenit; idquè optimè probatur,ex eo quod nulla ipſius mentio habita fuit in recognitione Sacri Corporis facta de anno 1609., minuſque in relatione Rotali, vt dd. Iura legenti benè perſpectum erit.

65 Idem pariter aſſerimus de odore, cuius mentionem in præteritum, nèc Auditores Rotæ, nec Iudices in prædicta recognitione anni 1609. vllam fecerunt.

66 Quin officiat, quod refertur in Vita dicti Beati edita per Barberium, nimirum,quod ex illius Corpore,cùm adhùc inſepultum maneret, effluebat = *Vna vera fragranza di Paradiſo* =; Quoniam cùm Author iſte ſit recentiſſimus, nec quæ aſſerit vetuſtiori alicuius Teſtimonio confirmet; nullam meretur fidem iuxtà authoritatem, *Card. Baron.in appar. ad Annal. num.*12., ibi = *Quod à recentiore Authore, qui de rebus antiquis ſine alicuius Teſtimonio vetuſtiore profertur, contenditur*.

67 Parùm releuante, quod dicta Vita fuerit à Religioſo Ordine Minorum Obſeruantium approbata per Organum Patris Theophili Nolani; nam tanta non eſt authoritas d. P. Nolani, vt maior ei tribuenda ſit fides, quàm in Iure mereatur; Præterquamquod, etiamſi aliquoties è dicto Sac. Corpore antè Beatificationem profluxerit ſupernaturalis odor; cum ille non fuerit continuus, ſed interruptus, & à tempore obitus vſque ad primam recognitionem factam de anno 1609.ampliùs auditus non extiterit, vtiquè dici nequit continuatio primi, ſed nouus ex integro, & ſic nouo miraculo, & quidem vti ſuperuento poſt Beatificationem, tribuendus.

68 Ad cuius aſſumpti confirmationem mirificè confert Exemplum Cauſæ S. Thomæ Aquinatis, in cuius Canonizationis Bulla,accuratiſſimè notantur vices,& intercapedines temporum,quibus admirabilis fragrantia è illius Corpore percepta fuit, nempè poſt ſeptem menſes ab eius obitu,deinde poſt ſeptem Annos,ac demùm poſt quatuordecim annos, vt ex *Conſtit.*9. *Ioannis XXII. Bullar. nou. tom.*1. *pag.*163. §.9., ibi = *Poſt ſeptimum namque menſem, vel circa à die obitus ipſius S. Thomæ de Aquino,cum Corpus eius,quod in Cappella S. Stephani d. Monaſterij per*

idem

*idem tempus ſepultum extiterat, ad Sepulchrum eiuſdem primum, ſcilicèt iuxtà Altare Maius Eccleſiæ Monaſterij antedicti, vndè ad tempus per Monachos eiuſdem Monaſterij timoris cauſa ſublatum fuerat, nè Corpus ipſum omninò de d. Monaſterio tolleretur, per translationem denuò exhumatum, deferri exindè decreuiſſent, in apertura ipſius Sepulchri eiuſdem Cappellæ S. Stephani tanta fragrantis odoris ſuauitas emanauit, quod totam ipſam Cappellam, Clauſtrumque ipſius Monaſterij, quod diffuſum eſt, mira eadem ſuauitate repleuit, quæ de ipſius Corpore, prout ex ſollicita, curioſaque Monachorum indagine eſt repertum, mirificè fundebatur. Propter quod maiore per Monachos concepta ad ipſum deuotione, totus Conuentus proceſſionaliter (Priore tamen d. Monaſterij cum quibuſdam ex Monachis paramentis indutis) Corpus ipſum ad præfatum primum eius Sepulchrum honorificè detulerunt. Hanc ſimilem fragrantiam poſt ſeptem annorum ſpacium, quidam ex Teſtibus, quidam verò poſt quatuordecim annorum ſpatium ſenſiſſe ſe referunt, dum Corpus ipſum diuerſis ex cauſis per temporum vices ſedulò inſpexiſſent* =, exacta hæc adeò temporum deſignatio non ad alium finem, & effectum, pro certo, facta fuit, quàm ad oſtendendum, quod, quot vices d. odor è dicto Sac. Corpore promanauit, toties diſtinctum fuit miraculum, aliàs, ſi fragrantia huiuſmodi non fuiſſet multiplex miraculum, ſed vnicum ab initio diuinitus patratum, ſuperfluum fuiſſet, has vices, & tempora enumeraſſe.

69 Clariuſuè comprobatur ex binis alijs Exemplis, altero Sanguinis S. Ianuarij, & altero Sanguinis Bracchiorum S. Nicolai Tolentini, quoties primus ſoluitur, & ebullit, & quoties ſecundus ſcatet ex dd. Bracchijs, toties nouum, & diſtinctum miraculum eſſe, nemo eſt, qui in dubium reuocet.

70 Quò verò ad incorruptionem, benè conuenimus eum Reuerendiſſimo Promotore, eam præceſſiſſe Beatificationem, dicimus tamen, & iure prætendimus ad effectum, de quo agitur, ſcilicet Canonizationis, approbandam eſſe pro nouo ſucceſſiuo miraculo illius perennem continuationem, quæ porrò inſignius eſt, ac longè præſtantius miraculum, cum temporis decurſus ſit præcipua, & per ſe cauſa corruptionis, vt docet Ariſtot. *lib.* 4. *Phiſic. text.* 128.

71 Abſquè eò quod nocere valeat, quod in oppoſitum per Reuerendiſſimum Promotorem primo animaduertitur, nimirum quod, vt aliquid dicatur nouum debet tranſire de non eſſe ad eſſe, cumque res conſeruata iterùm producta dici nequeat, hinc eſt, quod nouum miraculum in continuatione non videtur vllo modo conſtituendum.

72 Argumentum enim iſtud fallit in ſecunda, ſeù minori illius parte; cum receptiſſima, imò vulgatiſſima omnium Philoſophorum propoſitio ſit, quod conſeruatio eſt continua rei productio, vt, alijs omiſſis, docet Ant. de Grand. *in ſua Inſtitut. philoſoph. part.* 2. *art.* 14., ibi = *Licèt res exiſtere inceperit, eius tamen eſſentia non magis exiſtentiam inuoluit neceſſariam, quàm priùſquàm exiſteret, ac proindè eadem virtute opus eſt, vt in exiſtendo pergat, quam ei opus erat, vt exiſtere inciperet* =, & adhùc clarius, ac magis caſui præſenti applicabiliter *part.* 5. *art.* 5., ibi = *Rerum conſeruatio nil aliud eſt, quàm producta, & repetita Creatio* =; Si igitur conſeruatio eſt noua rei reproductio, ſic continuatio incorruptionis corporis noſtri Beati nouum quoque dici debet miraculum.

73 Minùs obeſt, quod ſecundo loco animaduertitur, nempè, quod ſicuti per impreſſionem qualitatis potuit Deus ſtatim poſt obitum Beati

Cor-

Corpus à corruptione præſeruare, & illud in tali ſtatu conſtituere, vt corruptionem pati non deberet, ſed incorruptionem,& flexibilitatem retinere, & odorem effundere, ſic harum rerum continuatio vtpote deſcendens à dictæ qualitatis impreſſione non videtur, quod poſſit nouum miraculum conſtituere.

74 Præmiſſo enim, quod arduum, & prorsùs ſupra Caput humanum eſt quærere quo nam modo in ſuis admirabilibus operetur Deus, *qui facit magna, & inſerutabilia* Iob.37. 5., *& inſcrutabilia ſunt Iudicia,& inueſtigabiles Viæ eius*. Ad Roman. 11. 33., & ex hoc forſan cum Moyſes procederet ad Montem Horeb, vt videret, quare Rubus ardens non combureretur, vocem Domini increpantem audire meruit, *nè appropries hùc* Exod.3. 5., & vt S. Gregor. *Homil.26. in Euangel. ſub initio*, inquit, *ſciendum nobis, quod diuina operatio, ſi ratione comprehenditur, non eſt admirabilis*. Dicimus, quod licèt Deus potuerit imprimere qualitatem in Corpore prędicti Beati, per quam præſeruaretur à corruptione, non exindè tamen ſequitur, id iàm feciſſe; imò veriſſimilius eſt, Altiſſimum in præſeruandis Cadaueribus ſuorum ſeruorum non infundere qualitatem aliquam; idque probatur Exemplo incorruptionis Sanctiſſimi Corporis Chriſti, quod triduum, quo iacuit in ſepultura incorruptum, licèt Aromatibus perfuſum, teſtante Ioan.2. 39. in hæc verba = *Venit autem, & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primùm ferens mixturam Mirrhæ,& Aloes quaſi libras centum, acceperunt ergo Corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cum Aromatibus, ſicùt mos eſt Iudeis ſeppelire* ==, nihilo tamen minùs ab omni putrefactione præſeruatum fuit non ex aliqua qualitate indita, aùt ex vi dd. Aromatum, quæ maximè Corpora ſeruare ſolent, vt inquit Diuus Chriſoſtomus *Homil.84.in Ioann. tom.3. pag. mihi 86. colum.1. lit. A.*, plenè Menoch. *de Stor. par.1. centur.2. cap.87.*, *ſed virtus Diuina Corpus Chriſti à putrefactione conſeruauit, ſicùt, & reſuſcitauit à morte*, ait Diuus Thomas 3.*par. quæſt.51. art.3. ad 2.*, & apertius ibi Suarez *lit.C. tom.2.* inquiens = *Nequè enim exiſtimandum eſt, Corpus illud ſtatim poſt Animæ ſeparationem fuiſſe aliqua intrinſeca qualitate affectum, quæ vim habeat reſiſtendi omnes Corrumpenti, omnemque peregrinam alterationem impediendi, hoc enim ſine vllo fundamento, vel authoritate fingeretur*.

75 Si igitur Corpus Chriſti fuit à Corruptione præſeruatum ſola,& immediata virtute Dei, non autem per impreſſionem nouę qualitatis, multò minùs id factum dici poteſt in præſeruatione Corporis alterius Indiuidui, cùm Corpus Chriſti ſubſiſteret in Perſona Diuina, & ſic maiorem habebat congruentiam ad Incorruptionem,& indiſſolubilitatem, quam habere poſſit, quodcumque aliud corpus humanum ſubſiſtens in perſona terreſtri, nec non habili, ac terminabili ad mortem.

76 Vrgentius, quià ſi Deus præſeruaſſet corpus noſtri Beati per impreſſionem alicuius qualitatis, iſta præſeruatio neque ab initio, ac numquam fuiſſet miraculoſa, nam, quod Deus imprimit in aliquo creato, licèt ſit contra particularem formam ipſius creati, non tamen eſt contra naturam ſimpliciter; cum omnia creata naturalitèr habeant aliquid de potentia reſpectu Dei primi Agentis; & quod non eſt contet naturam ſimpliciter, neque eſt miraculum, vt egregiè docet D. Thom. *lib.3. contra Gentes quæſt.100. per totam*, vbi dat ſolidam rationem, ibi = *Cum enim Deus ſit actus purus, omnia verò alia habeant aliquid de potentia admixtum, oportet quod Deus comparetur ad omnia ſicut mouens*

ad

*ad motum, & actiuum ad id, quod eſt in potentia. Quod autem eſt in potentia ſecundum ordinem naturalem reſpectu alicuius Agentis, ſi aliquid imprimatur in ipſum ab illo, non eſt contra naturam ſimpliciter, & ſi ſit aliquando contrarium particulari formæ, quæ corrumpitur per actionem huiuſmodi* =; Cum igitur abſonum eſſet dicere, quod ſimiles incorruptiones Sanctorum Corporum, etiam ab initio, miraculo careant; eſſet enim aſſertio contra id, quod in tot Canonizationibus decreuit Sancta Sedes, pernecesse dicendum ſequitur, quod præfata præſeruatio à corruptione non eueniat per impreſſionem alicuius qualitatis.

77 Conuenientius vero affirmandum videtur, iuxtà communem Theologorum doctrinam, quod Deus præſeruauit Corpus noſtri Beati à corruptione, vel aſſidue ſubtrahendo ſuum concurſum actioni contrariorum, ſine eo penitus inefficacium; qui modus æſtimatur conſentaneus, quia eſt ſufficiens, & omni alio facilior Suarez *in Commentar. 3. part. D. Thom. quæſt. 54. art. 4. diſput 48. ſect. 3. pag. 557. col. 2. lit. D. tom. 2.*, & eſt ſententia Scoti *in 4. ſent. diſtinct. 49. quæſt. 13.*, affirmantis impaſſibilitatem Corporum reſurgentium eſſe a voluntate Dei non coagente cauſæ ſecundæ corruptiuæ, vt tradit Card. de Laur. *ibidem diſput. 7. art. 2. in princ., & diſput. 21. art. 3. pariter in princ., & nu. 60. 100. 102.*, atque eo inſuper aliæ diuinæ præſeruationes accide runt, nempè veſtimenta per 40. annos in Deſerto *Deuter. 29. 5.*, vt cœteris exemplis allatis, ità ratiocinatur idem Card. de Lauræa *citato art. 3. num. 104.*; Quibus addi poteſt Exod. 3. 2., vbi Moiſes *videbat, quod rubus arderet, & non combureretur*, quouam modo id contigerit, exponit Perer. *ibid. diſput. 5. num. 15.*, his verbis = *Deus ſuſpendebat concurſum ſuum cum igne ad vrendum; etenim duo ſunt in Theologiæ placita apud Theologos certa, & indubitata: alterum eſt, nullam rem creatam operari poſſe, abſque actuali Dei concurſu, cum illa re; alterum eſt, Deum, quæ ſunt extra ipſum, ea liberè operari, & quando vult, & vbi vult, & quomodo, quantumque vult operari* = ſubdens = *Quia Deus concurrebat cum illo igne ad lucendum, ideò lucebat, quia vero cum eo non concurrebat ad vrendum ideò non vrebat.* Cornel. à Lapid. *eod. cap. 3. pag. 357. col. 2. lit. B.*, ait = *Illuſtre hoc fuiſſe videtur Dei miraculum; Deus enim hic conſeruabat ignis ſubſtantiam, ſed actionem, & vſtionem eius impediebat, ſubducendo concurſum, & influxum ſuum, ne ageret in rubum, vel virentia eius folia minimum efflaret, aùt deſiccaret; Deo enim eum igne nolente concurrere, vt vrat, nec Infernus totus, vel ſtupam aduſſerit; nam certum eſt illud Theologorum axioma, nullam rei creatam poſſe operari abſque actuali Dei concurſu cum alia re* = Idemque tradit de igne non comburente tres Pueros in Fornace ardenti *par. 3. 49. pag. 1288. col. 2. ſub lit. B.*, ibi = *Actionem in eam partem, vbi tres Pueri erant, vel hebetauit, vel minuit, vèl omninò ſuſpendit, concurſum ſuum ei ſubtrahendo, ſine quo nèc ignis ardere, nèc ſol lucere, nèc vlla Creatura quicquam agere, aùt facere poteſt.*

78 Ex hac autem ſubtractione diuini concurſus à corrumpentibus, conſeruationem Corporis noſtri Beati dici debere nouum, & continuatum Miraculum, non videtur ambigendum. Etenim tali modo Deus ſemper operatur, vt Auctor ſupernaturalis præter ordinem naturæ, & præter cauſas nobis notas, quia nulla eſt ratio, aùt cauſa ſecunda, quæ exigat Deum abſtrahere ſuum concurſum à contrarijs corrumpentibus; imò eadem contraria rectè diſpoſita, & applicata ad agendum

exi-

exigunt ſemper actualem, & continuum Dei concurſum neceſſarium, vt exeant in actum ſecundum operationis, vt habetur ex D. Auguſtino in *Geneſ. ad liter. libr.* 4 *cap.* 11. *tom.* 3., & conſonant S. Io: Chriſoſt. *Homil.* 10. *ad Popul. Antioch. tom.* 5 *pag. mihi* 131. *col.* 1. *litt.C.*, Diu. Thom. 1. *part. quæſt.* 104. *artic.* 1. *ad* 4., Molin. 1. *part. quæſt.* 10. *artic.* 5. *diſput.* 1. cum cęteris Theologis: Quapropter toto tempore, quo Deus abſtrahit ſuum concurſum à contrarijs corrumpere volentibus Beati Iacobi Corpus, continuat Miraculum conſeruationis; & ſicuti, ſi nùnc Deus concurreret cum agentibus ad corruptionem d. Corpus corrumperetur; ità eò quod etiam nùnc continuat ſubtractionem dicti concurſus, etiàm nùnc dictũ Corpus miraculosè ſeruatur incorruptum, & ideo eius continua incorruptio eſt continuum Miraculum.

79 Vel præſeruauit iugiter protegendo ſuo continuo, & ſpeciali influxu dictum Corpus ab internis, externiſque Cauſis corrumpere valentibus; & hunc quoquè modum adhibere Altiſſimum in ſimilibus conſeruationibus tenent Scot. *in* 4. *Sent. cit. diſtinct.* 49 *quæſt.* 13. *lit. D.*, & ibi Card. de Laur. *d. diſput.* 21. *artic.* 3. *num.* 100., & 104. poſt plures authoritates concludit = *ergò per extrinſecam Dei protectionem, & continuam conſeruationem in eodem ſtatu corpora illa erunt impaſſibilia* = quæ conſeruatio, licèt in Corporibus Beatorum exiſtentium in Gloria non cenſeatur miraculoſa, quia tùnc erit connaturale agenti creato, non agere corruptiuè, reſpectù tamen Cadauerum talis conſeruatio eſt miraculum, vt doctiſſimè Scot. *d. diſt.* 49. *quæſt.* 13. *litt. E. ad* 3. inquit = *Magis naturale eſt coagere Corpori Beati ad conſeruationem eius contra contrarium corrumpens, quàm coagere contrario in corrumpendo, quià Cauſa Superior perfectius agit cum ſecunda perfectiori, & licèt hoc eſſet Miraculum de Corpore alicuius Iuſti, quia nùnc eſt tempus mutationis, & actionis mutuæ in Corporibus, & pro tùnc erit naturale, ſiuè conſuetum ſecundum communem curſum, quod agat ad quietem, ſicùt nùnc ad motum* = & poſt eumdem Cardinalis de Laur. *dicto artic.* 3. *numer.* 112.. Aſſentit etiam huiuſmodi conſeruandi modo Diu. Thom. *parte prima quæſt.* 104. *art.* 1. *in Corp.* ibi = *vno modo indirectè, & per accidens: ſicùt ille dicitur rem conſeruare, qui remouet corrumpens, puta, ſi aliquis puerum cuſtodiat, nè cadat in ignem, dicitur eum conſeruare; & ſic etiam Deus dicitur aliqua conſeruare* = Fauet itidem D. Auguſtinus *de pecc. merit., & remiſſ. cap.* 2. per Card. de Laur. allegatus *d. diſput.* 7. *art.* 2. *num.* 33.; & adſtipulatur Cornel. à Lapid. ſupracitat. *cap.* 3. *Dan. verſ.* 49. *pag.* 1188. *litt. A.*, vbi loquitur de Babylonicæ Fornacis igne; in comment. Matth. 25. 46. pag. 467. *col.* 1. *in fin.*, vbi loquitur de conſeruatione Corporum Damnatorum in medias flammas; & agens de incorruptione Sacratiſſimi Corporis Chriſti Domini *in Act. Apoſt.* 2. 27. *pag.* 80. *col.* 2. *litt. A.* hæc verba profert = *Sola vnio hypoſtatica non ſufficiebat* (eſto id exigebat) *ſeruare Chriſti Corpus à corruptione, ſed præterea requirebatur actio phiſica Diuinitatis, quæ Corpus conſeruaret, & tueretur ab aere, humoribus, alijſque rebus, quæ Corpora mortua corrumpere, & putrefacere ſolent.*

80 Specialiùſuè hic diuinæ potentiæ continuus influxus concurrere videtur in tutandis Corporibus Beatorum, cùm eorum curam magis peculiarem habeat Deus, vt poſt Theodoret., & Procop. tradit Cornel. à lapid. *in* 3. *regul.* 13. 24. *pag.* 174. *col.* 2. *lit. D. in fine.* Vndè Regius Pſaltes pſalm. 35. 21. cecinit = *Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum* = ſeù vt ver-

rit Chaldęus = *omnia membra* = interprete Tirin. *d.verſ. 2. pag.396.col. 2. ſub lit.D.*, quæ verſio integritati Corporis noſtri Beati, quadrat appoſite; & de ſimilibus Corporibus incorruptis Oraculum Dauidicum loqui explicat Cornel.à Lapid.*in Ezechiel.37.28. pag.1162.col.1 lit.D. verſ.nimirum Dominus.*

81 Quatenùs autem hoc alio modo pręſeruatum fuerit Corpus Noſtri Beati à corruptione, res pariter omni difficultate vacaret, quod continuatio eiuſdem incorruptionis nouum miraculum dici debeat; nàm ſi, vt ſuprà probauimus, conſeruatio eſt continua productio, eadem pariter, & eiuſdem virtutis debet eſſe cauſa conſeruatiua,effectus, & illius productiua D.Thom. contra Gentes *lib.3. cap.65. 2.*, & egregiè Cornel. à Lapid. in Eccleſiaſt. *cap.42. verſ.15. pag.871. col.1. litt.C.*, vbi ait = *Conſeruatio Creaturæ non eſt aliud, quàm Creationis eius continuatio. Vndè Creaturæ ſingulis momentis, quibus à Deo conſeruantur, quaſi à Deo creantur, pendent enim iugiter ab influxu Dei,qui eis ſuum eſſe dat, & dando conſeruat: Sicut radij pendent ab influxu ſolis; ità vt, ſi ſol ſe ſubducat, illicò radij euaneſcant; Sic pariter,ſi Deus ſuum influxum ſubduceret, illicò totus Mundus in ſuum nihilum, ex quo per Creationem à Deo eductus eſt, rediret, & relaberetur* = atque hinc ipſius Mundi Regimen, & conſeruatio,nuncupatur continuum Miraculum à S. Auguſtino *in Ioann. tractat.9. in princ.tom.9.* ibi = *Ipſe eſt enim Deus,qui per vniuerſam Creaturam quotidiana miracula facit* = & fuſiùs *tract.24.cap. 6 per tot.*

82 Sed, vtcumquè circa huiuſmodi Conſeruationes operari placeat Altiſſimo; quod etiam nimia curioſitate non eſſe indagandum,monet Theodoret. *ſuper Geneſ.quæſt.45.*, ſat eſſet animaduertere, quod prudentes rerum Æſtimatores, perenni miraculo tribuere, conſueuerunt, quoties aliquid perdurauerit ſupra quam natura illius pateretur, vt videre eſt penès Silueſtrum Petra Sancta in *Thaumaſ. ver. relig. de ſign. Eccleſ.tom.1. lib.2. cap.11. & lib.5. ſign.11. cap.2., & tom.2. lib. 15. ſign.7.*, Cornel.à Lapid. *in Ezech. pag. 1162. col.1.*, Ferrand. *diſquiſit.Reliq. lib.11. cap.1. artic.primo*, Menoch.*de Stor. par.5. cent.9. cap.28.*, & alios; & quoad rem noſtram, iàm hic punctus à Sancta Sede Apoſtolica deciſus eſt, tùm in Cauſa Canonizationis Sancti Ludouici Bertrandi, tùm in altera Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis, in quibus continuatio incorruptionis Corporum dictorum Sanctorum pro nouo, & ſucceſſiuo miraculo approbata fuit ad effectum Canonizationis, vt omnibus rectum eſt. Quod autem S. Sedes ſemel iudicare conſueuit, ſemper, & in omni caſu iudicandum eſt *Cap.in cauſis,ibique gloſ.verb. in ſimilibus de re iudicat.*, Pignattell. *conſult. 44. ſub nu.26. verſ.primo quia tomo primo*, *Rot. in Hiſpalen. Proceſſionis ſuper primo Dubio* 28.*Iunij* 1700. §.*Ab hac autem coram Anſald.,& in Mindonien. prætenſæ obſeruationis Conſtitutionis* 12.*Ianuar.* 1705. §.*Adſtipulabantur coram eodem*. Etenim Sententia Principis cognitionaliter lata facit Ius quoad omnes caſus ad inſtar legis *Text.in l. fin. Cod. de legibus*, Afflict.*deciſ.96. num.4.*, Peregrin.*conſ.11.num.45., &* 50. *lib.3.* Idemque de reſolutionibus Sacrarum Congregationum à Papa approbatarum, Rodriquez *quæſt. regul. libro primo quæſt.11.art.2.*, Ridolphin. *in prax.parte prima cap.7. num.83.*, Zaul.*ad Stat.Fauent.lib.6. rubr.4. num.29., & 30*, Rot. *deciſ.7. num.3. poſt* Antonell. *de Iur. Cler.in Calagaritana Pontificalium* 16.*Nouembris* 1696. §.*In præſenti coram Vrſino, & in Giennen.Iuris votandi 9.Februarij* 1705. §.*Tantum abeſt coram Emo Scotto.*

83 Hæc

83 Hæc omnia optimè callens Reuerendiſſimus Promotor, nèc ampliùs eorum veritatem inficias ire valens, cogitur in nos conuenire; imò, & ipſe quoque doctè probat, quod, quotiès incorruptio tamquam miraculoſa approbata in Beatificatione continuet in eodem ſtatu abſque vlla deterioratione, tempore, quo agitur de Canonizatione, continuatio incorruptionis admitti debet tamquàm nouum miraculum, etiam ſi incorruptio cauſam habuiſſet à qualitate ſupernaturali poſt obitum Beato Corpori à Deo impreſſa, optima reddita ratione; cum quædam ſint, quæ exigunt aliquid ſupernaturale ad ſui productionem, & primam tantùm exiſtentiam, vt contingit in vita mortuo reſtituta, aùt oculo per miraculum reddito; Vita enim, & viſus,ſuppoſito primo miraculo, naturalitèr durant, nèc nouo indigent miraculo ad ſui conſeruationem; & alia quædam ſint,quæ miraculum exigunt, tùm in prima productione, tùm in conſeruatione, vti contingit in duplici quantitate penetrata, aùt duabus qualitatibus contrarijs in gradu intenſo coniunctis, cùm nullum ſit inſtans, in quo vna quantitas naturalitèr non exigat expulſionem alterius qualitatis contrariæ in gradu intenſo ab eo ſubiecto,in quo reperiuntur.

84 In caſu autem, de quo agitur, opponit, & ſuadere ſtudet, Corpus noſtri Beati damnum aliquod paſſum eſſe intèr annum 1609., quo facta fuit eius prima recognitio, & annum 1700., quo ſecunda eiuſdem Corporis recognitio facta eſt; concludens exindè, quod nobis ſuffragari non valeat exemplum Cauſæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis, in qua approbata fuit continuatio incorruptionis pro nouo miraculo, ſed obſit exemplum Cauſæ Sanctæ Catharinæ de Bononia, in qua dicta continuatio ſpreta extitit.

85 Sed tantùm abeſt, quod Corpus dicti noſtri Beati detrimentum paſſum ſit intèr primam, & ſecundam recognitionem illius, quin potiùs concludentiſſimè probatur, in pluribus notabilitèr eſſe melioratum, & adhùc reperiri in ſtatu miraculoſo, imò et in eo vrgentiores adſtipulari circumſtantias, quàm adſtipulabantur in Corpore Sanctæ Mariæ Magdalenę de Pazzis; Nulla cadente dubitatione quoad factum vtriuſque partis dictæ noſtræ aſſertionis,ſiuè aſſumpti.

86 Et ſanè, quod attinet ad meliorationem dicti Sacri Corporis; hæc clarè, & concludentiſſimè probatur ex pluribus; & primò,quia in prima recognitione facta de anno 1709., viſa fuit tota cutis dicti Corporis dura, intenta, & arida, vt ex dicta viſitatione data in *Summario obiectionali*, Animaduerſionum bon. mem. Reuerendiſſimi Bottinij numer.1. ibi = *totaque cutis dura, intenta, & arida videtur*; In vltima vero recognitione diligentiſſimè, ac exactiſſimè à quinque Peritis, tribus Iudicibus, duobus Subpromotoribus, & pluribus Teſtibus peracta *de anno* 1700.; hæc duritiès, & ariditas in toto corpore viſa non fuit: benè quidem in pluribus illius partibus repertum fuit molle, & tractabile; vt ſupra plenè probatum extitit.

87 Secundo,in dicta prima viſitatione recognitum fuit, quod in furcula gutturis aderat corroſio, ibi = *quinimò in furcula gutturis corroſa modicè videtur* = In vltima viſitatione hæc corroſio viſa,nèc reperta legitur, ſed ea corrugata, & conglutinata remanſit, vt probauimus ſuprà.

88 Tertio, in prima viſitatione nulla ſit mentio, quod oculi eſſent adhùc cum eorum globis, & prominentia palpebrarum, & molles, quales reperti fuerunt in vltima viſitatione, vt ſuprà oſtendimus, & tamèn hæc circumſtantia, vti ſpecialiſſima,animaduerſa extitiſſet, quatenùs adfuiſſet in dicta prima viſitatione.

D 2 89 Quarò

89 Quarto, in vltima viſitatione obſeruatus fuit rubor quidam in vultu, qui nequaquam in homine mortuo vltrà quatuor fortaſſe dies conſeruari poteſt *Summario pag.56. in fine*. Quæ circumſtantia in prima viſitatione reperta haud fuit.

90 Quinto demùm, in prima viſitatione repertum non fuit Sacrum Corpus flexibile; & in ſecunda viſitatione hæc flexibilitas ferè in omnibus illius partibus, miro in modo, inuenta extitit, vt ſuprà concludentiſſimè oſtenſum, & probatum extitit.

91 Videat igitur Sanctitas Veſtra ex is, an nè dictum Sacrum Corpus paſſum ſit damnum, vel potiùs ſit melioratum ab anno 1609. ad annum 1700., quo facta fuit vltima illius recognitio.

92 Atquè hinc nullum prorsùs præſtant obicem, quæ per Reuerendiſſimum Promotorem accuratè animaduerſa fuerunt prò ſuadenda dicta prætenſa deterioratione. Quandoquidem, quod dicitur de deficientia cutis in aliquibus partibus dicti Sacri Corporis, & oſſis nauicularis, cùm quinque oſſiculis metatarſi Pedis Siniſtri, ſubmouetur reſponſione, quod hæc omnia abſciſſa fuerunt, & ſubtracta deuotionis gratia; & ſignantèr caro Pectoris, quæ tranſmiſſa fuit prò reliquia ad Caſtrum Montis Prandoni, Patriam dicti Beati, vti perhibet ſextus Teſtis *Summario pag.12. §.1.* ibi = *In oltre hò oſſeruato, che à detto Corpo vi manca vn pezzo di Carne del petto di detto Beato, quale fù traſportato nel Caſtello di Monte Prandone della Marca Padria di detto Beato &c. e detto pezzo di Carne ſi conſerua nel Conuento della mia Religione in d. Caſtello di Monte Prandone.*

93 Eoquè vrgentius, quia incontradicibile eſt, quod ea non deficiunt cauſa corruptionis, quæ vnicè nocumento eſſe poſſet; idquè probatur concludentiſſimè teſtimonio Peritorum *Summ. pag.41. §.1.* Primus Peritus, ibi = *Tùm extrinſecus ab omni prorsùs corruptione integerrimum perpendiſſe, etſi nonnullæ eiuſdem corporis partes os crimieum dexteri Pedis naniculare, ſupra ſiniſtri lateris coſta, cæteraque imi ventris viſcera defeciſſent, quæ quidem omnia ex accurota partium obſeruatione erepta fuiſſe mihi conſtitit* = Secundus Peritus *pag.49. §.11.* ibi = *Nel deſtro piede, doue mancaua l'oſſo naulcolare, come penſai all'ora tagliato, mà non corrotto* = Tertius Peritus *pag.53. in fine*, ibi = *Mancaua ancora l'oſſo nanicolare del Piede deſtro, quale parimenti oſſeruai, che era STATO TOLTO, MA NON CORROTTO* = Quartus Peritus *pag.58. ſub §.21.* ibi = *E benche oſſeruai, che mancauano ſolamente la detta Coſta del lato ſiniſtro con l'oſſo nauicolare, con cinque oſſi matarſi del piede deſtro, e la cartilagine della punta del naſo, e le viſcere interne, con tutto ciò parimenti ſtimai, e ſtimo detta integrità ſopranaturale, e miraculoſa, ſtanteche oſſeruai, che MANCAVANO PER ESSERE STATE TOLTE, ET ESTRATTE, E NON PER DIFETTO DI CORRVZIONE* = Quintus demùm Peritus *pag.61.* ibi = *Oſſeruai detto Corpo eſſer intiero, e manchevole ſolo d'alcune parti circa il piede deſtro, e circa le parti interne, & eſterne dell'Abdomi, ſeù ventre, e Torace, ſeù petto, cioè l'oſſo nauicolare nel piede deſtro, e le parti interiori nel ventre, e la coſta ſiniſtra del Torace ſudetto, quali parti manchevoli, non mancauano per difetto di corruzzione, MA PER ESSERNE STATE DONATE, IL CHE APPARISCE DALL'ALTRE PARTI CONVICINE, CHE SONO INTIERE, E INCORROTTE, CONFORME E' TVTTO IL DI PIV DEL CORPO.*

94 Non abſimilis circumſtantia, deficientiæ ſcilicèt trium digitorum, adnotata fuit in cauſa S. Ludouici Bertrandi, vt ex particula Inſtrumenti viſitationis data *in præſenti Summ. additionali num.5.*, & tamen in dicta Cauſa non obſuit, etiamſi, nec probaretur, illos non fuiſſe corruptos, ſed abſciſſos deuotionis gratia; Sic pariter in corpore S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis recognitum fuit, deficere, vltrà apicem naſi, etiam extremitatem labij inferioris, vt ſupra probauimus.

95 Quod verò dicitur de dislocatione articuli Pollicis manus dexteræ, Genu dexteri, & oſſis bracchij ſiniſtri propè humerum, negocium haud quicquam faceſſit; quippe quià prætenſa hæc dislocatio dd. membrorum, præterquamquod leuiſſima eſt, vt ipſimet Teſtes in obiecto allegati teſtantur, ortum non habet à corruptione, ſed indubitabiliter, & citrà hæſitationem cauſata exitit à tot, tantiſque motionibus eiuſdem Sacri Corporis tactis, vel in eo deferendo de loco ad locum, vel in veſtiendo, & ſpoliando, vt ſupra oſtenſum fuit, & per conſequens nullius releuantiæ, aùt detrimenti eſſe videtur, præſertim inſpectis ſupradictis circumſtantijs, denotantibus dictum Sacrum Corpus in pluribus eius partibus melioratum modo exiſtere.

96 Supereſt demonſtrandum in qualitatibus Corporis noſtri Beati vrgentiores, ac ſuperiores concurrere circumſtantias, quàm concurrerent in qualitatibus Corporis S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, vt inde facilius ſuadere valeamus, quod, ſi continuatio incorruptionis in dicta cauſa S. Mariæ Magdalenæ pro nouo miraculo declarata fuit, potiori iure idipſum ſtatuendum veniat in cauſa noſtri Beati. Nec hìc loquar de vtriuſque felicis animæ merito, & gloria; D. Hieronymo edoctus, qui *epiſt.16.* Marcellam Annæ Prophetiſſæ comparans, proteſtatus eſt = *Non facto vllam inter Sanctas Fœminas differentiam, quod nonnulli inter Sanctos Viros, & Eccleſiarum Principes ſtultè facere conſueuerunt*; Et Thoma à Kempis (aùt quiſquis Auctor ſit) *de imitat. Chriſti lib.3. cap.62.* monente = *Noli inquirere, vel diſputare de meritis Sanctorum, quis alio Sanctior, aut quis maior in Regno Cælorum*.

97 Prima igitur circumſtantia eſt, quod incorruptio Corporis S. Mariæ Magdalenæ approbata fuit pro miraculo ad effectum illius Beatificationis anno 1624., & eiuſdem incorruptionis continuatio ſimiliter approbata fuit pro illius Canonizatione anno 1668., ſcilicèt ſexaginta ſolùm annis circiter poſt illius obitum, ſecutum ſub die 25. *Maij* 1607. Incorruptio verò Corporis Beati Iacobi, eiuſquè integritas per 250. annorum curſum ab illius obitu perenniter continuauit, & adhùc in præſens continuat. Cum autem certum ſit, quod temporis decurſus ſit præcipua corruptionis Cauſa, vt ex Ariſtol. ſuperiùs etiam allegato *lib.4. Phiſic. text.128.*, quantò maius tempus intercedit, tanto prodigioſior redditur incorruptionis continuatio.

98 Scatet ſecunda circumſtantia ex eo, quod Corpus S. Mariæ Magdalenæ non veſtitur, nec ſpoliatur, ſed incluſum manet intùs Capſam Vitream veſtitum ex lamina argentea, vt legitur in Inſtrumento illius recognitionis; Corpus verò Beati Iacobi millies ſpoliatum, & veſtitum fuit, manibuſque contrectatum, ac aeri expoſitum, & in dies exuitur, induitur, manibus contrectatur, & aeri exponitur, vt ſuprà probatum fuit, & ſic eo faciliùs corrumpi, & diſſociari debuiſſet.

99 Depromitur tertia circumſtantia ex eo, quod Corpus Sanctæ Mariæ Magdalenæ repertum fuit flexibile, & molle tantum in manu circa pulſum, & in genu, vt in dicta viſitatione; Corpus verò Beati Iacobi ferè in omni ſui parte eſt flexibile, & molle, ex ſuperiùs deductis.

100 Sup-

100 Suppeditat quartam circumſtantiam animaduerſio, quod incorruptio Corporis Sanctæ Mariæ Magdalenæ probata extitit ſolùm à duobus Peritis adhibitis in Viſitatione à Senatore Seriſtorio, & à tribus Monialibus, vt in *Summario illius Cauſæ num.*17., & 18.; Incorruptio verò Corporis Beati Iacobi patet ex longè maioribus numero, & pondere documentis ſuprà adductis.

101 Hæc quoad qualitates Corporum S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, & Beati Iacobi de Marchia; Libratis verò qualitatibus Corporis S. Ludouici Bertrandi, longè minus in his, quam in illis Corporis noſtri Beati adeſſe inſpicitur, vnaque tantum, pro omnibus; animaduertere ſufficiat, eaque eſt, quod in Corpore dicti S. Ludouici notata non videtur mollitudo, neque flexibilitas, vt in dicto *Summ. additionali n.*5. & tamen incorruptio, & illius continuatio pro miraculoſa declarata extitit; Omnis igitùr æqui boniquè ratio vult, vt, his omnibus inſpectis, idem decidatur de continuatione incorruptionis Corporis noſtri Beati, ad hoc, vt vniformitas in iudicando ſeruetur.

102 Demùm Reuerendiſſimus Promotor opponit, quod, quatenùs ab hac Sacra Congregatione, hæc incorruptio pro miraculo haberetur, id fieri deberet ſine præiudicio aliorum duorum miraculorum, quæ debent Beatificationi ſuperueniſſe, vt obtineri poſſit Canonizatio, licet enim duo miracula, quæ ſuperuenerint, ſufficiant, non videtur tamen, quod incorruptio Corporis valeat inter hæc duo numerari, etiamſi miraculo adſcribatur, tùm quià Doctores aſſerunt, poſſe de incorruptione haberi rationem in Beatificatione, & Canonizatione, ſed dummodò Virtutes iam fuerint approbatæ, & alia concurrant miracula interceſſione Serui Dei, vel Beati patrata, tùm quià in Cauſa S. Ludouici Bertrandi, & in Cauſa S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, in quibus Corporum incorruptio recenſita fuit inter miracula, non ſolùm duo alia, ſed alia plura fuerunt admiſſa miracula eorum interceſſione patrata, nec nullum adſit, quod ſciat ipſe Reuerendiſſimus Promotor, exemplum, in quo S. Sedes miraculoſam admiſerit incorruptionem alicuius Corporis, & proceſſerit ad Beatificationem, vel Canonizationem, vna cum ipſa, & alio tantùm miraculo, & demùm, quià, cum notoria ſint exempla tot aliorum Corporum, quæ manent incorrupta, quæ vtiquè non fuerunt Corpora Beatorum, vel Sanctorum, non omninò ſpernenda eſſe poteſt reſponſio, quæ dabitur opponentibus, non potuiſſe, nec poſſe, incorruptionem miraculo adſcribi, quod videlicèt vltrà cœteras qualitates, quæ examinantur antequàm incorruptio miraculo adſcribatur, non ſolùm præcedere debet approbatio Virtutum in gradu heroico, ſed alia quoque non debent deeſſe miracula ad effectum procedendi ad Beatificationem, vel Canonizationem, itaut incorruptio habeatur tamquam miraculum ſuper numerum, quæ vtiquè reſponſio locum habere non poterit, ſi ad Beatificationem, vel ad Canonizationem proceditur dependenter ab incorruptione miraculoſa, & alio tantum miraculo.

103 Aſt animaduerſio iſthæc vnica reſponſione tolli poſſet. Aut enim miraculoſa incorruptio eſt opus Dei ſupernaturale, aùt non: ſi eſt; & ſicuti certum conſtituit miraculum, ità certiſſimum quoquè ex ea deſumitur ſignum Sanctitatis illius, cuius Corpus placuit Altiſſimo incorruptum ſeruare: ſi ergò eſt certum, & indubitatum miraculum, & certum, ac incontrouertibile ſignum Sanctitatis, nullum ſubeſt rationabile dubium, quin huiuſmodi miraculum connumerari debeat inter illa duo volita pro Beatificatione, vel Canonizatione, cum pro his nulla adſit

adſit diſtinctio miraculorum, ſed cuiuſuis generis, & ordinis ſint, & ſiuè ſint poſitiua, ſiuè negatiua, promiſcuè a S. Sede Apoſtolica recipiantur, duoquè ex illis ſufficiant, vt omnibus rectum eſt. Aùt non eſt opus Dei ſupernaturale (quod nefas eſſet aſſerere, quià repugnaret infallibili Iudicio S. Sedis, quæ pluries ſimiles incorruptiones Corporum Seruorum Dei pro talibus declarauit) & hoc caſu, nec miraculo ſupra numerum adſcribi poteſt, quià quod miraculo tribuitur, debet eſſe, quid arduum, & inſolitum ſupra vires, & facultates conſiſtens admirantis *Matth. de Canonizat. Sanctor. par.3. cap.8. num.11.*, cum ibi allegatis.

104 Ceſſat tamen in caſu noſtro omnis difficultas, quià, cum iam præceſſerit approbatio virtutum in gradu heroico Beati Iacobi, & non vnum, vel duo, ſed vndecim quoque approbata fuerint miracula, ſuperuenta poſt illius Beatificationem, vt ſuprà oſtendimus, vtiquè dici non poſſet in præſenti hypotheſi, quod Iudicium Sanctæ Sedis Apoſtolicæ inniteretur dumtaxàt dictæ miraculoſæ incorruptioni Corporis dicti Beati, ſed alijs quoque miraculis. Et eo magis dicta difficultas ceſſabit, quià firmiter ſperamus, approbanda quoquè eſſe alia nùnc propoſita miracula, & ſignanter ſupernaturalem odorem promanantem à dicto S. Sacro Corpore, quintum, & ſextum inſtantaneæ liberationis Nicolai Gambacurtæ à cæcitate, octauum inſtantaneæ ſanationis ab inueterata Epilepſia Liborij Auelloni, & nonum ſanationis Victoriæ Sannellæ à Paralyſi in Brachio, & manu ſiniſtra tum ex rationibus latè deductis in magna poſitione, tùm ex alijs inferius deducendis.

## De V., & VI. MIRACVLO.

## *Liberationis Nicolai Gambacurtæ à cæcitate, cùm repetita liberatione ab eadem iterùm ipſi ſuperuenta.*

114. QUoad hæc miracula per modum vnius examinata à DD. Conſultoribus, vt aſſerit Reuerendiſſimus Fidei Promotor, opponitur primo, quod Periti, qui Ægrum curarunt, dixerunt eius morbum fuiſſe Guttam, ſeù ſpeciem Guttæ Serenæ, & è contrà Periti, qui ſuper hoc miraculo ſcripſerunt in Vrbe, & quidem pro veritate in aliam abierunt ſententiam; cùm bo.mem. Lanciſius dixerit, morbum fuiſſe Ophthalmiam, ſcilicet oculorum inflammationem, & bo.mem. Sinibaldus dixerit, fuiſſe Cataractam, & vltrà illam, adfuiſſe Pterygium, ſiuè vnguem oculorum.

115. Huiuſmodi tamen oppoſitio nullius prorsùs momenti, & roboris eſſe videtur; quià, cùm tam ex Teſtibus formitèr examinatis ſuper his miraculis, quam ex ſupradictis Medicis ſatis colligantur in facto ſigna, & ſymptomata morbi, quo vexabatur in oculis prædictus Æger; hinc ex hoc fit, vt ex illis cognoſcatur etiam eiuſdem morbi natura, ſeù idea. Et quoties in diſcernenda, ac præfinienda ex prædictis in facto ſignis, & ſyn-

& ſymptomatibus ægritudinis qualitate, oritur diſcrepantia inter Peritos, regula iuris eſt, vt ſtandum ſit iudicio illius, cuius rationes ſolidioribus innituntur fundamentis Fagnan. *in Cap. Nè innitaris n. 429. & ſeqq.*, Conſtantin. *in prælud. ad ſtatutum Vrbis num. 42. cum ibi allegatis*, Rot. *coram Merlin. deciſ. 70. num. 14.*, *coram* Priol. *deciſ. 294. num. 19. coram* Peutinger. *deciſ. 179. num. 11., & 12. in Recent. deciſ. 363. num. 2. par. 11.*, & fauet D. Thom. 2. 2. *qu. 70. art. 2. in corp. verſ. Si vero*.

116. Verùm hæc prædictorum Peritorum diuerſitas iudicij in ſtabilienda idea præfati morbi, in nihilo obeſſe poteſt; quià, qualiſcumque ille fuerit, nimirum, vel Gutta Serena, vti ſupponitur, voluiſſe Peritos de partibus, vel Ophthalmia, ſeù oculorum inflammatio, vt aſſeruit bo. mem. Lanciſius, vel cataracta, iuncta cum Pterygio, ſeù vngue oculorum, vt dixit bo. mem. Sinibaldus; hoc vnum certum, & incontrouertibile eſt, quod in quacumque ſpecie ſumatur, erat grauiſſimus, & ferè inſanabilis, prout vnuſquiſque ex ſupradictis Peritis, iuxta propriam ideam eiuſdem efformatam, faſſus eſt; idque ſufficit, vt illius ſanatio, præſertim quià in inſtanti ſecuta fuit per interceſſionem Beati Iacobi, miraculo adſcribi debeat, vt latè explicant Paſqualig. ad Laurent. de Franc. *quæſt. inter Epiſcop., & Regular. de cult. erga non Canoniz. quæſt. 1., & 2. de miraculis*, Pignatell. *conſultat. 54. per tot. conſultat. 67. num. 2., & ſeqq. tom. 4. conſultat. 26. num. 9., & ſequent. conſultat. 35. tom. 5., & conſultat. 26. num. 2. cum ſequen. tom. 7.*

117. Neutiquam ſubſiſtente, quod ſi præfatus morbus fuiſſet Gutta Serena, vti Reuerendiſſimus Promotor aſſerit, dixiſſe Peritos de partibus, ſanatio habita, & qualificata non fuiſſet à Peritis de Vrbe pro miraculoſa. Siquidem Periti de Partibus non dijudicarunt dictum morbum pro ſimplici Gutta, ſeù ſpecie Guttæ Serenæ, ſed autumarunt adfuiſſe complicatam etiam Cataractam, ſimulque ſuffuſionem, vt habetur ex *Summario pag.* 143. ibi = *Incorſe in vna cecità, ſeù ſuffuſione d'occhi* = & infrà pag. 144. ibi = *Et io ſtimai, che ſi poteſſe chiamare detto male cataratte, e ſpecie di goccie ſerene* = & infrà fol. 145. ibi = *Tanto le cataratte, quanto le ſpecie di gotte ſerene poſſono concorrere nell'iſteſſo tempo nel medeſimo ſoggetto, conforme fù il caſo di Nicola Gambacurta, nel quale io feci giudizio, che furono così le cataratte, come le goccie ſerene, e però ſtimai, che prima fuſſe preceduto la goccia ſerena, e poi la cataratta, però la viſta la cominciò à perdere detto Nicola, quando principiò il male di detta goccia ſerena, e l'andò ſempre perdendo da giorno in giorno, ſinche eſſendo ſopraggiunte le cataratte, che li cagionarono il pannicolo negli occhi, come di ſopra hò detto, reſtò affatto cieco* = Quo circà, ſi hæc malorum complicatio adfuiſſet, & procedendum eſſet iuxtà ſenſum, & iudicium Peritorum de Partibus, quoad morbi huius ideam; cæcitas vtique fuiſſet prorsùs inſanabilis, & miraculum eſſet magis conſpicuum, vt fatetur bo. mem. Lanciſius in ſuo voto = ibi = *Sed audio quendam nunc me interpellantem, quod Periti in Summario naturam morbi, quo noſter premebatur Gambacurta vnanimitèr aſſeruerint Guttam, vel ſpeciem Guttæ ſerenæ, ſimulque ſuffuſionem, quæ quidem ſi vera fuiſſet complicatio adeò diuturna malorum; vtique non vincibilis, ſed omninò per naturæ vires inuincibilis extitiſſet Cauſa cæcitatis, qua corpore, animoque miſerrimus hic Æger torquebatur*.

Verum

118. Verum eſt autem, quod Dominus Ipſe Lanciſius, & etiàm D. Sinibaldus pro veritate ſcribentes Periti, complicationem iſtam, qua parte comprehendebat in principio morbi guttam, ſeù guttæ ſerenæ ſpeciem, non admiſerint; ea nempè ducti ratione, quod guttæ ſerenæ malum, iuxtà Sennertum citatum à Sinibaldo, cui ſubſcripſit hac in re Lanciſius, ex eo *cognoſcitur, quod oculi planè clari appareant, nihilque vitij in eis animaduertitur, niſi quod pupilla nigrior, & amplior appareat*. Cumque attenta oculorum inflammatione, & panno, neque oculorum claritas, neque amplitudo pupillæ, & nigredo iuſta menſura maior conſpici potuerit; hinc videlicet intulerunt, credendum non eſſe Peritis de partibus, quod ſpectat complicationem iſtam guttæ ſerenæ. Sed in primis Peritus Robuſtellus initio morbi vocatus (*Summario pag.*111.§.2.) duo tempora diſtinguit, vt ſupra retulimus ex *Summ.pag.*145., cenſuitque, *Che prima foſſe preceduta la goccia ſerena*, quo tempore potuit illam internoſcere ex nigredine, & amplitudine dexteræ pupillæ reſpectu ſiniſtræ, adhùc per biduum illeſæ, & ex diminutione viſus dexteræ eiuſdem pupillæ, ſiuè experimento facto ſiniſtrum oculum claudendo, ſiuè ex relatione ipſius Ægri); *e poi la Cataratta*; quo nomine intelligit panniculum externum ſucceſſiuè genitum; *in tutti due gli occhi, per il quale totalmente aueua perſo la viſta*, vt explicat *pag.*143. Stante autem guttæ ſerenæ, & ſuffuſionis complicatione adeò pertinaci, ac diuturna, *vtique non vincibilis, ſed omninò per naturæ vires inuincibilis extitit cauſa cæcitatis, qua corpore animoque miſerrimus hic Æger torquebatur*, iuxta mentem Lanciſij loco nupèr citato, & conſequentèr eius ſanatio fuit miraculum altioris ordinis, hoc eſt ſecundi generis. Deindè dato, & non conceſſo, quod Periti de partibus vnanimitèr aſſeuerantes naturam morbi, quo noſter premebatur Gambacurta, fuiſſe ſpeciem guttæ ſerenæ, ſimulque atrocem, ac diu turnam ſuffuſionem à vero aberrauerint quantum ad guttam ſerenam, antecedentèr ad ſuffuſionem, quæ poſteà ſuperuenit ex magna pupillæ nigredine, & amplitudine deprehenſam; certiſſimum tamen eſt, ex conſenſu Peritorum omnium in teſtibus oculatis fundato, talem, ac tantam fuiſſe cæcitatem, vt neque artis, neque naturæ viribus repentè ſanari potuerit, vti ſanata de facto fuit ſemel, & iterum ad inuocationem Beati noſtri. Dicente nimirum D. Sinibaldo, etiam excluſa gutta ſerena: *Colligo, & concludo ex dictis, quod non duo, ſed tria miracula in oculis Gambacurtæ ſunt numeranda; Viſus nempè recuperatio, eiuſdem noua deperditio, ac tandem vltima, & permanens reſtitutio.* Domino autem Lanciſio formitèr, nervoſeque oſtendente: *Huiuſmodi ſanationem fuiſſe miraculoſam, & ſecundæ miraculorum claſſi eſſe adſcribendam*. Idque ſatis eſſe apertè colligitur ex traditis per Pignatell. *tom.*10. *conſultat.*177. *num.*11., ac ex pluribus Bullis Summorum Pontificum, & relationibus Rotalibus. In Bulla enim Eugenij IV. ſuper Canonizatione Sancti Nicolai Tolentini *conſtitut.*27. §.11., multi ab oculorum morbis liberati narrantur. In Bulla Clementis V. ſuper Canonizatione S. Celeſtini *conſtitut.*4.§.17.ibi: *Mulier quædam ex infirmitate ſic cæca omninò effecta, vt iuuari non poſſet per quæcumque adhibita remedia Medicinæ; cum eandem reliquiam ad oculos applicaſſet, perfectè ſtatim viſibilitèr eſt curata*: & §.22., Vir, qui viſum penè perdiderat, ſanatus eſt. In Bulla Ioannis XXII. ſuper Canonizatione *S. Thomæ Epiſcopi Erfordenſis* legitur, Mulierem ad-

ventitia cæcitate correptam, eius ope viſum recuperaſſe. In Bulla Vrbani VIII. ſuper Canonizatione *S. Ignatij conſtitut.3. §.20.*, refertur, Chirurgum oculorum inflammatione laborantem, & Mulierem palpebram attollere non valentem ſtatim, implorata Sancti ope, conſanatos extitiſſe. In relatione Canonizationis *S. Franciſcæ Romanæ mirac.3.*, Mulier præ oculorum imbecillitate timens, nè cæca omnino fieret, admotis Sanctæ Reliquijs, corroboratis paulatim oculis, perfectum viſum recuperauit. In relatione *Sancti Ignatij miraculo octauo*, Vir in vno oculo graui fluxione vexatus, & *mirac.9.*, alter acerbiſſimis oculorum doloribus cruciatus, Sancti Viri interceſſione ſanati ſunt. In relatione *S. Caroli*, Mulier ex humoribus cæca effecta, Sancti Caroli patrocinio conualuit. In relatione *S. Petri de Alcantara mirac.6., & 12.*, duæ Mulieres altera ferè cæca, altera à tribus menſibus vtroque oculo capta dicti Sancti interceſſione lucis viſuram conſecutæ ſunt, & alijs reticitis. In relatione *Beati Aloyſij Gonzagæ miraculo* 4. Puer ab aliquo tantum tempore cęcutiens, inuocato Beato Aloyſio primò incępit videre, deindè poſt aliquot dies perfectum oculorum viſum adeptus eſt.

319. Secundò objicitur, quod benè conſiderata prima ſanatione, nihil miraculoſi in ea contineatur, tùm quia Nicolaus antecedenter perfecta cæcitate non laborabat, ſed potiùs dici poterat cæcutiens; tùm quia ſanitas, quæ tùnc recuperata ſupponitur, modico tempore durauit, & cæcitas iterùm redijt, & demùm quià, prætermiſſa inſpectione medicamentorum adhibitorum, nec non criſi lacrymarum, quæ interfuit, imperfectio remanſit in oculo ſiniſtro, cum quoddam cerulei coloris inuolucrum, & caro quædam ſuccreſcens in eodem oculo remanſerint; quæ omnia, ait Reuerendiſſimus Promotor, tollere rationem miraculi, de cuius eſſentia eſt, vt ſanatio, quæ miraculo adſcribitur, contingat in morbo graui, non leui, & vt ſanatio ſit perfecta non manca, non conciſa, & quod ſublato morbo recidiua non ſuperueniat iuxta authoritates in Animaduerſionibus allegatas.

320 Porrò hæ omnes circumſtantiæ pro detrahenda releuantia prædicti inſignis Miraculi per Reuerendiſſimum Promotorem expenſæ, neque totalem, neque ſufficientem in facto habent firmitatem, multoque minùs releuarent in jure.

321 Et ſanè procul à veritate abeſt, quod prædictus Nicolaus perfecta non laborauerit cæcitate, ſed potiùs eſſet cæcutiens; nam ex Teſtimonio ipſiuſmet ſanati, cui in hoc vnicè, ac pleniſſimè deferendum eſt, contrarium apertè euincitur *Summar. fol.* 111. ibi = *Per l'vmidità, che attraſſe la mia teſta tre anni ſono già paſſati &c. mi calò nell'occhio dritto vn panno, il quale dentro lo ſpazio di due giorni mi tolſe affatto la viſta in d. occhio dritto, e immediatamente doppo vn gran dolore ſentito nell'occhio ſiniſtro calò ad eſſo vn panno ſimile a quello del deſtro, in modo tale, che ambedue gli occhi reſtorno affatto priui della viſta nello ſpazio di quattro giorni in circa, e la d. priuazione della mia viſta fu in quel tempo oſſeruata &c. da Antonio Robuſtelli Chirurgo, il quale &c. ſolamente mi ordinò, che pigliaſſi, come feci alcune pillole capitali per reprimere il dolore della Teſta, il quale accompagnaua la d. mia cecità &c.* & concordant omnes alij Teſtes deſupèr examinati, Tertius nempè *Summ. fol.* 116. ibi = *la quale gli causò negli occhi vn'infermità, detta cataratte, e goccia ſerena, per la quale perdè affatto la viſta, a ſegno tale, che nè meno vedeua quello, che ſe li poneua auanti per mangiare, e mangiaua*

*à ten-*

*a tentoni, e alle volte ſi cibaua per mano de' ſuoi Parenti, il che l'ho veduto tanto nella propria Caſa di eſſo Nicola, quanto in mia propria Caſa &c.* Quartus *fol.* 121. ibi = *contraſſe grand'vmidità, dalla quale ſi cagionò vna gran fluſſione negli occhi, quale auuanzataſi li cagionò le cataratte, e goccie ſerene, conforme diceuano li Medici, per la qual'infermità reſtò affatto priuo di viſta* = Quintus *fol.* 126. ibi = *Per il che gli calò vna fluſſione ſanguinea ad ambedue gli occhi, quale li cagionò vn panno negli occhi medemi, che la chiamauano cataratte, e goccie ſerene &c. chiamò alla d. cura Antonio Robuſtelli, Santillo Sica, e Pietro de Mattheis Medici, e Chirurghi, quali ſucceſſiuamente applicorno molti, e varj medicamenti, quali in vece di giouarli più preſto lo danneggiorno, à ſegno tale, che perdè affatto la viſta* = *XV. fol.* 137. ibi = *Per la quale pochi giorni doppo li calò &c. vna gran fluſſione nell'occhio dritto con gran dolore, e poi ſe li aggrauò à ſegno, che li cagionò anco dolore grande nell'altro occhio ſiniſtro, e s'inſanguinorono tutti due, e à capo d'alcuni giorni il d. Nicola mio Marito diuentò affatto cieco di tutti due gli occhi, perche nel principio della fluſſione li calò vn panno prima all'occhio dritto, e poi al ſiniſtro, e non vedeua più niente* = & demùm *XVII. fol.* 143. ibi = *li formò detta cecità, e da giorno in giorno eſſendoſi applicati da me più rimedj sì nella parte interna per la roborazione del cerebro, come anche nella parte eſterna nelle tuniche degli occhi per leuare il pannicolo generato in tutti due gli occhi, per il quale totalmente haueua perſo la viſta.*

122 Haud refragante, Petrum de Mattheis alterum ex Chirurgis dixiſſe, quod aſpicere non poterat loca luminoſa, ex quo infertur per Reuerendiſſimum Promotorem, quod loca non luminoſa aſpicere valebat. Etenim illatio iſta non benè procedit in noſtra hypotheſi, quia, cum cæcitas dicti Nicolai proceſſerit ex humiditate, quæ in principio ſanguineam in eius oculis produxerat inflammationem, ſeù fluxionem, hinc fiebat, vt eatenùs aſpicere nequiret loca luminoſa, quatenùs per illorum aſpectum ſpiritus inſiti oculorum magis exagitabantur, & in furorem ducebantur, & hinc dolor in Patiente excitabatur, quod in locis minus luminoſis non cauſabatur, quia in eis dd. ſpiritus magis quieſcebant, nec in commotionem mittebantur, vt paſſim huiuſmodi morbo laborantes hunc effectum experiuntur; Non exindè igitur ſequitur, quod aſpicientes loca non luminoſa, ea, & quæ in eis ſunt, videant; omniſque penitùs ſubmouetur difficultas ex his, quæ prædictus Teſtis ſtatim proſequitur, poſtquam dixit = *che non poteua guardare li luoghi luminoſi*, ibi = *in modo che non vedeua per niente* = *Summar. fol.* 146. vndè ex his manifeſtum efficitur, vt verba præcedentia = *non poteua guardare i luoghi luminoſi* = non aliud habeant ſignificatum, quam ſupra expoſitum, ni contradictionem in dicto Teſte inducere vellemus, ad quam de cætero auertendam, quatenùs etiam opus eſſet, omnis interpretatio, & ſuppletio capienda foret *ad Text. in cap. cum Tu, de Teſtibus*, cum ibi plenè notatis per Canoniſtas, *Farinacc. de Teſtib. quæſt.* 65. *num.* 37. *Rot. coram Coccin. deciſ.* 1849. *num.* 31. *deciſ.* 2030. *num.* 24. *in rec. dec.* 345. *num.* 5. & alibi millies.

123 Multoque minus aſſerta hæc non totalis viſus carentia deduci poteſt, ex quo dictus Nicolaus poſitus ſuper Altare Beati, nulla concurrente manu adjutrice, proprijs manibus Crucem ſumpſerit, & non vnum ex Candelabris eiuſdem Altaris; Etenim ſubtiliſſima hæc reflexio penitùs ſua mole ruit, duo ponderando, primum, quod dictus Sanatus



Digitized by Google

non fuit cæcus natus, ſed factus, & ſic optimè ei perſpectum erat, quomodò manufacta erant Candelabra, quomodò Crux; prout etiam, quo loco, & ſitu ea retinebantur in Altari; Alterum, quod ſtylus quidem eſt locandi Ægros, qui deferuntur ad Sepulcrum Beati Iacobi, non in cornu Epiſtolæ, ſeù Euangelij, ſed in medio Altaris, vt commodiùs, & connaturaliùs applicari valeant ad Sacram Arcam tangendam, vel etiam ad intuendum totum Corpus dicti Beati, vti aliquibus ex DD. Conſultoribus optimè notum eſt; Iis ità ſe habentibus, facili negocio quiſque percipiet, quod conſtitutus ſupradictus Nicolaus ſuper Altare prælaudati Beati Iacobi, & quidem aliena ope, vt habetur *in Summ. fol.* 117. ibi = *Salito poſcia ſopra l'Altare con l'aggiunto di medemi* = *fol.* 122. ibi = *inginocchiato con il noſtro aggiuto ſopra l'Altare* = *fol.* 133. ibi = *onde tanto Io, quanto il P. Sagreſtano Fra Ludouico d'Auerſa moſſi a compaſſione aggiutaſſimo il d. Nicola a ſalire ſopra l'Altare, e inginocchiarſi* = potuerit, quamquam omninò cæcus, non candelabra ad latera exiſtentia, ſed Crucem in medio Altaris, & antè ipſum ſitam apprehendere, eamque tactu, ſi quam dubitationem paſſus fuiſſet, à candelabris diſtinguere: Vndè, cum actio iſta fieri æquè potuerit ab illuminato, quàm à lumine prorsùs carente, ex ea validum adſtrui nequit argumentum non totalis cæcitatis prædicti Nicolai, concludentiſſimè cæteroquin ſuperius probatæ per oculatos Teſtes, Conteſtes, ac per Cæcum ipſum de facto proprio, ſibique vni prorsùs comperto, & exploratiſſimo. Atque hinc etiam tollitur ſcrupulus ille D. Lanciſij, & aliqualis anſa dubitandi de omnimoda cæcitate: non enim aliud habet fundamentum, niſi quod Cœcus noſter, in medio altaris eorum auxilio conſtitutus, non detorſerit ad latera manus ſuas, candelabrum ſcilicet pro Cruce, quam exoptabat, arrepturus; ſed Crucem ipſam ante ſe poſitam, & fronte ſua connaturaliter demiſſa facile contactam, admotis manibus, prehenderit; id quod procul dubio feciſſet etiam Cæcus à natiuitate.

124 Cæterum dato, & nunquam conceſſo (quippè contrà conteſtes oculatos, ac reſpectiuè de facto proprio) quod cæcitas d. Nicolai non fuiſſet perfecta; adhuc tamen miraculi releuantia in nihilo labefactata remaneret ex rationibus ſolidiſſimis latè perpenſis in voto bon. me. Lanciſij, ad quas remiſſiuè nos habemus, vnicè aliqua *in præſenti Summario Addit. num.6.* recenſentes exempla ſanationum non totali cæcitate laborantium pro miraculoſis ab Auditoribus Rotæ, & à Summis Pontificibus prædefinitarum in alijs Cauſis, certoque ſperantes pari jure etiam noſtram pro tali Sanctitate veſtram pronunciaturam fore.

125 Negocium haud faceſſente, quod prima ſanitas à prædicto Nicolao recuperata, modico tempore durauit, & cæcitas iterùm redijt; Nam, cum hoc ita contigiſſe permiſerit Deus in pænam ingratitudinis, & diffidentiæ, qua dictus Nicolaus paſſus fuit miraculum vitiari, permittendo, quod humana adhiberentur remedia, quaſi quod Diuina non ſufficerent, magis illuſtre, & portentoſum efficitur miraculum per ſubſecutam ſanationem, quam præfatus Nicolaus dictæ ſuæ ingratitudinis, & diffidentiæ pænitens, iterùm impetrauit, & quidem perfectiori modo, quo prima facta fuit; tunc enim vnum tantum emicuiſſet miraculum, nunc verò majus, & dupplicatum effulget, prout obſeruat Abulenſis *Comment. in 3. part., Matth. cap. 14. quæſt.* 175. ſuper miraculo, quod Chriſtus Dominus operatus fuit in perſonam

nam D. Petri, cuius pedibus (vt *Chryſologi* vtamur phraſi *ſerm.*20.) *Marinos vertices inclinauit, vt intèr liquidum humanis greſſibus ſolidum præberet obſequium*; Verum cum modicæ fidei dubitaſſet, & mergi cæpiſſet, Chriſti ope iterum implorata, eamdem virtutem protinus ſibi ſenſit opitulari, ita diſſerens: *Fuit ad hoc, quod Chriſti miraculum majus eſſet, nam, ſi Petrus ambulaſſet ſuper aquas, & non fuiſſet merſus, appareret Chriſti miraculum in hoc, quod Petrum faceret ambulare ſuper aquas, nunc verò miraculum apparuit in hoc, quod eum ſuper aquas deduxit, & in hoc, quod mergi incipientem ex paucitate fidei ſuæ erexit, & ambulare fecit, ſicut prius, itaut jam non ſubmergeretur*.

126 Quodquè Deus non ſemel collatam miraculi gratiam ſuſpenderit, vt perpetratam culpam, vel defectum puniret, pluribus commonſtrari poſſet exemplis, quorum aliqua hic tantum recenſere libeat. Primum refertur à Diuo Gregorio Dialog. *lib.*3. *cap.* 33. de quodam Sene Eleutherio, *cùius animus, vbi de ſalute Pueri (quem à Dæmone liberauerat) immoderatiùs ſuper lætitiam tactus eſt*, illicò miraculi gratia ceſſauit, nèc ſubindè redijt, donèc iugiter lacrymis contractam inanis gloriæ maculam coràm Deo non abſterſerit.

127 Secundum recenſetur in Litteris Apoſtolicis Canonizationis *S. Caietani Thienæi*; huius Sancti interceſſione Epileptica quędam fuit liberata, data ſponſione quotidianas preces recitandi coràm eiuſdem Imagine. Accidit, vt poſt duos menſes, quadam die, votum illa per obliuionem non perſolueret, adfuit ſine mora negligentiæ corrector morbus, quo, vt antè votum conſueuerat, correpta eſt, illa tàm inſigni monitione emendata, ſtatim, vt a primo morbi proceſſu deferbuit, voto ſatisfecit, iterumque à morbo remanſit libera, donèc poſt quatuor menſes rursùs voti oblita, idem perſoluere neglexit, ſtatimque præfatus morbus eam inuaſit, ſub cuius initium Filia eius, quæ tùnc aderat, orationem Dominicam, Salutationemque Angelicam coràm Caietani Imagine piè prò Matre recitauit, illamque, vt potuit, Beato commendauit, ſtatimque ad ſanitatem redijt, deinde ipſamet voto ſuo ſine dilatione ſatisfecit, neque vnquàm poſteà illius oblita, & iugiter a morbo permanſit libera.

128 Tertium legitur in Bulla Canonizationis *Sancti Ignatij Bullar. magn. tom.* 4. *pag.* 14. §.40. de Bartholomęo Conteſti Chirurgo, qui adeò acerbis, & diuturnis capitis doloribus opprimebatur, vt præ nimio dolore ſæpe ad terram alliderctur, acceſſit in oculorum altero tàm grauis inflammatio, vt alterum etiam diuexaret, itaùt, nè tenuiſſimum quidem lucis radium perferre, aùt aliquantulum quieſcere poſſet, ob idque in tenebroſo conditus cubiculo, inde non egrediebatur, & eo deuentum eſt, vt ex intolerando dolore non dubitaret affirmare, quod, ſi quidam Chirurgus tàm defunctus in humanis ageret, oculum ſibi erui iuſſurus eſſet. Religione demùm eximia ergà Beatum iſtum incenſus, illius reliquiam ad ſe afferri iuſſit, & in puncto, quo fuit illa delata, bene ſe habuit, capitis, & oculorum ceſſauit dolor, viſum recuperauit, & lucis ſplendorem ſinè vlla offenſione ſuſtinuit, vtque intelligereretur, ſubitam curationem Diuinæ virtuti, atque interceſſioni B. Ignatij tribuendam eſſe, bis, terue Sacra Reliquia è cubiculo exportata, dolor redijt, eaque in cubiculum reducta, illicò morbus diſceſſit, quo facto admonitus Bartholomæus Sacram Reliquiam penes ſe retinuit, atque ità intrà tres, vel quatuor dies ità perfectè ſanatus eſt, quaſi nunquam ægrotaſſe.

129 Quartum demùm, alijs reticitis, nè infinitus ſim, eſt illud paritèr approbatum nuper à Sanctitate Veſtra in Cauſa *B. Ioannis à Cruce*, primum, nimirum, miraculum *momentaneæ ſolutionis Paralyſis Sor. Thereſiæ à S. Benedicto Monialis Carmelitæ Excalceatæ in Monaſterio Barenſis*, quæ eadem die primæ ſuæ ſanationis iuſſa, vt præ monaſterij foribus Sacram B. Ioannis Reliquiam lippientibus Infantuli oculis admoneret, expeditè hoc genuflexa exegit, ſed minimè impoſito ad vultum velo, quod ex proprijs legibus inhiberi ſancitum erat; cum ſurgeret, ſenſit ſe ex præcedenti motus impedimento tentari, & ad 24. exindè dies hac moleſti corporis pęna multata fuit, donèc facta ſibi à Superioribus poteſtate, cunctis coràm Sororibus ſe deinceps ad crates, rotam, foreſque non adituram voto firmauit, ni obedientiæ præcepto adigeretur, & ſtatim miraculi gratiam ſibi ſenſit reiterari, vt habetur in Poſitione eiuſdem Cauſæ.

130 Hicquè ſane modus operandi Miracula dicitur ex D. Thoma *q. 3. de malo art. 3., & 2. 2. q. 83. art. 1., alijs excellentior, quià ad illa poteſtatiuè concurrit Deus*.

131 Addimus & his, quod, cùm ſupradicti Nicolai prima ſanatio fuerit in omni ſui parte perfecta; lumen enim, quo priùs penitùs caruerat, ſtatim oculis redijt, itaùt clarè, ac diſtinctè corpus Beati, & cætera, quæ in Cappella aderant, videre potuit, vt ipſe teſtatur *Summ fol.* 114. ibi = *ricuperai in vn iſtante tutto il vigore della viſta, che aueuo prima in modo, che viddi ſubito il Corpo del Beato Giacomo ſteſo nella Caſſa, e ſpecialmente le mani del Beato vna ſopra l'altra in forma di Croce con l'anelle nelle dite, e frà di eſſe vi era vna carta in forma di Memoriale, e in oltre viddi la ſua Teſta, e piedi, e le ſei candele acceſe, ch'erano in detto Altare* =, & concordant omnes alij Teſtes; nèc ea conſequi potuiſſet, ſaltem in inſtanti, ſed tractu temporis, attenta grauitate morbi, vt latè probant Lanciſius, & Sinibaldus in ſuis Conſultationibus prò veritate deſuper editis; fruſtrà hinc ad infirmandum Miraculum, quod extitit ex ante patratum, aſſumitur id, quod ex poſt ad idem fuit conſecutum, vt pluribus firmant Contelor. *de Canoniz. Sanct. cap. 17. n. 22.* ibi = *Vlteriùs non eſt contrà rationem Miraculi, ſi ſanatus de proximo recidat in eundem, vel alium morbum; Et ratio eſt, quià ea, quæ poſt miraculum accidunt, non tollunt veritatem Miraculi iàm patrati, Panuin. in relat. S. Bonauent. p. 2. art. 6. Caſtellan. de Canonizat. Sanctor. quæſt. 6. §. Quæro, an ſit contrà rationem Miraculi, ſi ſanatus. Molphes. conſ. 46. num. 58. Rot. in relat. S. Franciſci de Paula in fin. fol. 47.*, = & concordant Bordon. *de Mirac. medit. 7. quæſt. 11. num.* 31. Caſtellin. *de certitud. Glor. Sanctor. cap. 8. punct. 32. num. 11.*, & Matth. *de Canoniz. Sanct. p. 4. cap. 10. n. 6.*

132 In nihilo officiente, quod imperfectio quædam in oculo ſiniſtro remanſit, cum quoddam cerulei coloris inuolucrum, & caro quædam ſuccreſcens in eodem oculo remanſerint. Quandoquidem obuia eſt omnium Theologorum, Canoniſtarum, & Medicorum Sententia, quod pallor, cicatrix, debilitas, & alij defectus ab infirmitate relicti poſt receptam ſanitatem, Miraculi rationem minimè tollunt, Lezan. *tom. 4. conſult. 1. pag. 20. num.* 193. Caſtellin. *de certitud. Glor. Sanct. cap. 8. punct. 30. pag. 507. §. Ex quibus refertur* Bordon. *de Miraculis medit. 7. quæſt.* 6. Contelor. *de Canoniz. Sanct. cap. 17. num.* 16. Auditores Rotæ in relat. Sancti Raymundi *part. 2. art. 5.* in relat. Sancti Andreæ Corſini *part.* 2. §. 4. in relat. Sancti Caroli *par. 3. verſ. & licèt*, & in alijs

paſ-

paſſim; Eo vel maximè in caſu noſtro, cum ſæpedictus Nicolaus vnicè petierit reſtitutionem viſus Summ. *fol.* 114. ibi = *Pregai noſtro Signore Crocefiſſo, che ſi degnaſſe farmi la gratia della reſtituzione della viſta ad interceſſione del Beato Giacomo* = cumque eam ſtatim aſſecutus fuerit, nihil proindè deeſt, quin Miraculum vndique perfectum diiudicetur; Si enim, vt ait D. Thom. *in* 3. *p. quæſt.*44. *art.* 3. *ad* 3. = *Dei perfecta ſunt opera. Non eſt autem aliquid perfectum, ſi finem non conſequatur* =. Porrò in caſu iſto, quo noſter Sanatus aſſecutus eſt finem vnicè intentum liberæ viſionis, negari non poſt, quod hæc inſtantanea eiuſdem poſtulati viſus reſtitutio, verè fuerit opus Dei perfectum.

133 Addito prætereà, quod, cùm miracula nitantur fidei, & inuocatio fidem oſtendat: ſi infirmus Nicolaus nil aliud petijt, quàm, vt interceſſione Beati Iacobi ei reſtitueretur viſus; etiàm fides, qua orauit, hanc poſtulationem non eſt egreſſa, ideoque in eo tantum, quod petijt, propriè eſt exauditus; *Ipſa enim fides* (vt inquit D Thom. *de potent.q.*6.*art.*9.*in corp.*) *meretur propriè, vt oratio exaudiatur de miraculis faciendis* = & ideò, *Diuina potentia in operatione miraculorum fidei præcipuè inſiſtit* =

134 Hinc incaſſum dicitur, quod concludentèr non probatur, ſupraſcriptam recidiuam prouenisse à Deo in pęnam diffidentiæ, quam Sanatus habuit, cùm iterùm medicamentis vſus ſit, Siquidem huius facti probatio rectè, ac pleniſſimè deſumitur, tum ex confeſſione ipſiuſmet Sanati, qui Sum. fol. 114. in fine, ità ait = *Cinque giorni in circa doppo il fatto gia narrato venne à ritrouarmi in Caſa verſo ora di pranzo, il Chirurgo Santillo Sica, il quale mi haueua medicato, come hò detto di ſopra con l'acqua, e con la paſta ſenza profitto veruno, & auendomi chiamato, curioſo mi domandò, come era ſucceduto il fatto, quale gli fù da me narrato, e mi ſoggiunſe, che eſſendo irremediabile il male della cecità, che Io haueuo patito, ſolamente li Santi lo poteuano ſanare, e poi auendo detto Santillo oſſeruato bene li miei occhi, tanto l'occhio ſiniſtro, quanto il deſtro, mi diſſe, che l'occhio deſtro ſtaua bene, mà che nel ſiniſtro vi oſſeruaua vn poco di panno di color ceruleo, & in oltre nella parte eſteriore vn poco di carne creſciuta, e benche io gli riſpondeſſi, CHE IO VEDEVO BENE CON AMBEDVE GL'OCCHI, E CHE L'IMPEDIMENTO DA LVI OSSERVATO NON MI PRIVAVA PVNTO DALL'VSO DELLA VISTA, con tutto ciò il ſudetto Sica cacciandoſi dalla ſaccoccia vn laccio con vn pungolo d'argento, mi diſſe, che voleua metterni quel laccio dietro il collo per rimedio, il quale fù da me ricuſato, & hauendoſi poſcia detto Sica cauato dalla Saccoccia vna paſta, tanto diſſe, che m'induſſe ad applicarcela all'occhio ſiniſtro nella Seca, oue era la carne creſciuta, doppo la quale applicatione ſeguita la ſera, mentre andai à letto, eſſendomi la matina ſeguente ſuegliato, mi ritrouai affatto priuo della viſta NON SOLO NELL'OCCHIO SINISTRO, OVE FV' APPLICATO LA PASTA, MA' ANCHE NEL DESTRO, OVE NON FV' APPLICATA, e queſta cecità era accompagnata dal Sintoma, prima patita di vn gran dolore di Teſta* =; Tùm ex depoſitione Teſtium deſupèr examinatorum, quorum alter, *Summario pagina* 117. *in fine*, ità teſtatur, ibi = *Quale Miraculoſa Sanatione arriuata à notizia di detto Santillo Sica, che li aueua per prima applicati li Medicamenti, accorſe à vederlo, e diſſe, ſiccome inteſi, che per purificargli meglio la Viſta, voleua applicarli non sò che rimedij, e benche detto Nicola repugnaſſe, perche confidaua ſolamente*

*all'*

*all'agiuto del detto Beato, tutta volta ſi fece perſuadere à riceuere l'applicazione di vn remedio poſto ſopra gl'Occhi, e applicato, ſubito ritornò à perdere la Viſta, e doppo alcuni giorni conoſcendo, o lagnandoſi il detto Nicola, che per l'applicazione ſudetta del rimedio datoli dal detto Sica aueua perduto l'effetto della grazia della Viſta impetratali dall'Interceſſione del Beato, riſolſe col Conſeglio anche de' ſuoi Parenti di ritornare di nuouo alla Cappella del detto Beato Giacomo, come in effetto vi tornò in Carrozza accompagnato da noi altri Parenti della medeſima forma, che prima, ed'eſſendo andato doppo pranzo nella Chieſa di Santa Maria della Noua, e fattoſi condurre appoggiato da Noi altri alla Porta della Cappella del detto Beato Giacomo, iui inginocchiato, e con la Lingua ſtraſcinante per Terra ſi fece condurre da Noi altri all'Altare, doue è collocato il Corpo di detto Beato, e ſalito ſopra l'Altare con il noſtro aggiuto, DIMANDO' PERDONO* ( Ecce quomodò agnouit modicæ, ac vacillantis Fidei ſuæ culpam, qua velut mersus iterùm fuit in tenebras cæcitatis ) *AL BEATO per la condeſcendenza vſata in farſi applicare il rimedio naturale, quando per grazia ſopranaturale interceduta dal medeſimo Beato haueua prima riceuuto il dono della Viſta, e con gran feruore pregò il Beato ad'alta voce à degnarſi di reiterarli la grazia, nella quale riponeua tutta la ſua fiducia, e doppo queſti atti, e parole proferito diſſe ad'alta voce, che già per nuoua grazia del Beato aueua ricuperata la Viſta, e che perciò vedeua perfettamente il Corpo del Beato &c.* == ; Alter Teſtis *Summario fol.*139., ibi == *Ed'eſſendo arriuato à Caſa ſtette il detto Nicola mio Marito beniſſimo con la viſta per alcuni giorni, mà poi eſſendo andato à vederlo il detto Santillo Sica, NON CHIAMATO, mà per curioſità volſe ſapere, come era ſtata la detta ricuperazione di Viſta, che aueua inteſa raccontare, mentre il male non aueua rimedio, e li diſſimo come era ſtata, e che per Miracolo del detto Beato Giacomo l'aueua ricuperata, e per preſeruarla, come anche per leuare vn poco di Carne, che pareua creſciuta in vn'Occhio di detto mio Marito DALLA PARTE DI FVORI, ci volſe mettere il detto Santillo vn rimedio in detto ſuo Occhio, E IO NON VOLEVA, E FECI GRAN REPVGNANZA, PERCHE IL BEATO GIACOMO L'AVEVA FATTO LA GRAZIA, E IL DETTO MIO MARITO ANCORA REPVGNAVA, mà tanto diſſe il detto Santillo, il quale poi ſe ne morì, che induſſe il detto Nicola mio Marito à farci mettere il detto rimedio, che applicò ſolamente nell'Occhio, doue diceua* == ( nequè enim ipſa, ſiue aſſertam nubeculam, ſiuè carunculæ neſcio cuius excreſcentiam deprehendit ) *Eſſer la detta Carne creſciuta, e la mattina ſeguente il detto mio Marito ſi leuò di nuouo Cieco affatto, non ſolo di quell'Occhio, doue aueua poſto lo rimedio il detto Santillo, mà anco dall'altr'Occhio, E IO LO GRIDAI, CHE ESSO AVEVA FATTO ERRORE A' FARSI APPLICARE IL DETTO RIMEDIO, PERCHE DOVEVA AVER FEDE AL DETTO BEATO GIACOMO, E IL DETTO MIO MARITO SI ACCORSE DELL'ERRORE, CHE AVEVA FATTO, E DISSE, CHE SE NE PENTIVA, e volſe tornare vn'altra volta nella Cappella del detto Beato Giacomo, come fece, e lo conduceſſimo in Carrozza alcuni giorni doppo riceuuta la prima grazia, e l'accompagnaſſimo nel modo, che hò detto di ſopra, alcuni di Noi in Carrozza, & altri à piedi, e poi arriuati auanti la detta Chieſa di S. Maria della Noua, l'aggiutaſſimo à ſmontare dalla Carozza, e lo conduceſſimo appoggiato alla Cappella del detto Beato Giacomo, alla porta del quale*

*s'in-*

*s'inginocchiò, e con la Lingua per Terra lo guidaſſimo, e portaſſimo ſino all'Altare di detto Beato Giacomo, doue genufleſſo* LI CERCO' PERDONO DEL DETTO ERRORE FATTO, E CHE L'AVEVA MANCATO DI FEDE, *e li cercò la grazia della Viſta, e noi ancora accompagnaſſimo le dette preghi, e mentre il detto Nicolò Gambacorta mio Marito ſtaua orando auanti detto Beato Giacomo, e piangeua per auer la grazia alzò la voce, e diſſe: Grazia, Grazia, hò riceuuto la grazia già vedo, e domandato, che vedeſſe, diſſe, che vedeua il Corpo di detto Beato Giacomo veſtito, e la Teſta, Mani, e Piedi ſcouerti, e che vedeua ſei Candele allumate nel ſuo Altare, e Noi, e ogn'altro oggetto, del che tutti concepiſſimo tenerezza* =, & concordant omnes alij Teſtes, *dicto Summario pagina* 123. §.29. *pagina* 127. §.36. *pagina* 13. §.40., & 41. *pagina* 134. §.42. *in fine*. Ex horum autem Teſtium dictis concludentiſſimè probatum remanere tale factum, nemò erit, qui in diſcrimen id reuocare poterit.

135 Sermonem demùm habens Rmus Promotor de ſecunda ſanatione objectat, quod, cum cæcitas ſupradicti Nicolai non eſſet à Natiuitate, ſed à Cauſa extrinſeca, eius Sanatio, quatenùs eſſet miraculoſa non poſſet eſſe miraculoſa, niſi in tertio genere Miraculorum iuxtà authoritatē Zacch. *quæſt. Medic. legal. lib.*4. *tit.*1. *quæſt.*8. *num.*43., *& ſeqq.*, de cuius eſſentia fuiſſet, quod contigiſſet in inſtanti, & de inſtantaneitate, hic, & nunc licet ſuſpicari, quia poſito, quod prima ſanatio non fuerit miraculoſa, difficilè admodùm eſt, reperire inſtantaneitatem in ſanatione, quæ primo contigit naturalitèr, & ad tempus, & deindè intermedia in morbum recidiua, totalitèr, & perfectè ſuperuenit; cum hæc, & ſimilia paſsìm accidere videantur in morbis omnibus, qui naturalitèr recedunt; tantòque magìs, quod medicamenta tàm antè, quàm poſt primam ſanationem fuerunt adhibita, itàut applicabile ſit Axioma, quod, & quæ applicata iuuant, tandèm replicata ſanant.

136 Exceptiones autèm iſtæ nullam penitùs, penitùſque firmitatem habere videntur, & ſic nocumento Nobis eſſe nequeunt. Et quidèm non ſubſiſtit, quod ſanatio prædicti Gambacurtæ, quatenùs foret miraculoſa, eſſet tertij generis Miraculorum; Quoniàm, cùm agatur de reſtitutione viſus, quem licèt natura dare poſſit, non tamèn perfectè Cæco; proùt in caſu accidiſſe, oſtendimus; idcircò hoc Miraculum, vtì excedens facultatem naturæ creatæ, non quantùm ad id, quod fit, ſed quantùm ad id, in quo fit, citrà hæſitationem dicitur ſecundi generis, vtì omnes DD. vnanimitèr tradunt, & concludunt, latè Matth. *de Canonizat. Sanctorum part.*3. *cap.*8. *num.*16., *& ſeqq.*, *& cap.*11., Matthæucc. *de Official. Cur. Eccleſ. cap.*47., Card. de Laur. *de Miraculis cap.*5. *nu.*74., 82., *& ſeqq.*, D. Thom. 1. *parte quæſt.*105. *art.*8., & alij paſsìm.

137 Haùd attenta Doctrina ſupradicti Zacchiæ; Nàm Author iſte loquitur in caſu morbi leuis, & facilis curationis, vt fuit Tobiæ cæcitas; Nos autèm verſari in morbo grauiſſimo, & ferè incurabili, ac inſanabili, euidentèr commonſtratur ex rationibus latè deductis in Voto bo: me: Lanciſij, qui idcircò, & ipſe quoque iure meritò dictum Miraculum ſtatuit in ſecundo genere, & ſic inſtantaneitatem haud expoſcens; Sed quatenùs hæc inſtantaneitas per poſſibile requireretur, de ea, hìc, non quidèm licet ſuſpicari, quia perfectiſſimè adfuit, vt patet ex toto Summario, & præſertìm *pag.*114. §.12. *pag.*115. §.15. *pag.*117. §.20. *pag.*118. §.22. *pag.*122. §.28. *pag.*123. §.30. *pag.*127. §.35. *pag.*128.

 §.37.

§.37. *pag.*130. §.40. *pag.*131. §.41. *pag.*134. §.42. *pag.*145. §.43. *pagina* 138. §.46. *pag.*139. §.48.

138 Nequaquam pariter regit, quod prima ſanatio non fuerit miraculoſa, atque ideò difficile ſit reperire inſtantaneitatem in hac ſecunda ſanatione. Ex ſuperiùs enim deductis, manibus palpatur, primam ſanationem fuiſſe miraculoſam; Sed dato etiàm, nunquàm verò conceſſo, dictam primam ſanationem non fuiſſe miraculoſam, id ſolummodò fuiſſet ob prætenſam recidiuam, non autèm ex defectu, ſiuè grauitatis morbi, & inuocationis, ſiuè inſtantaneitatis pleniſſimè, vt ſupra, comprobatarum. Cùm ergò in ſecunda ſanatione præſtò ſint cætera illa omnia, & inſupèr nulla habeatur recidiua, quiſquè videt, difficilè minimè eſſe reperire inſtantaneitatem in hac ſecunda ſanatione, etiàm in inſubſiſtenti ſuppoſito, quod prima non fuerit miraculoſa.

139 Demùm tantùm abeſt, quod vſus Medicamentorum tàm antè, quàm poſt primam ſanationem quicquam detrahere valeat ſubſtantiæ dictorum miraculorum, quìn potiùs eorum magnitudinem adaugeat. Quippè quia illa, nèc antè, nèc poſt primam ſanationem vllum iuuamen attulerunt, vt deponunt Teſtes; imò, quæ adhibita fuerunt antè dictam primam ſanationem contraria erant curationi Morbi, de quo agebatur, vt probat Lanciſius in ſuo Voto; quæ verò applicata extitere poſt dictam primam ſanationem, ſtatim penitùs excæcarunt ſupradictum Nicolaum, eaque cauſam dederunt illius recidiuæ, vt patet ex toto Summario, & mox oſtenſum fuit, & Lanciſius, ideò recidiuam tunc ſubſecutam non adſcribit Miraculo diſtincto, quia *claram*, inquit, *in humanis video cauſam: applicationem nempè illiuſmet remedij, à quo Gambacurta antè primum Miraculum grauitèr læſus fuit, & forſitàn obcæcatus*. In Voto propè finem. Quando verò Medicamenta adhibita, vel non ſunt proportionata Morbi curationi, vel ſi ſunt apta, & iuuamen nihilominùs non attulerunt, magìs conſpicuum, & illuſtre efficiunt Miraculum, vtì neminem latet. Quantò ergò magìs ſi ſunt poſitiuè noxia, & Morbum illum ipſum inducentia?

# DE OCTAVO MIRACVLO

## *Sanationis ab Epilepſia Liborij Auelloni.*

140 AGgrediens Reuerendiſſimus Promotor Examen huius Miraculi, animaduertit, argumentum, quod deſumi poſſet à tempore per Canones, & Doctores præfinito, vt Sacerdos Morbo Epileptico laborans, rehabilitari poſſit ad Miſſæ celebrationem, non procedere prò Miraculo ſtabiliendo; Idquè exornat rationibus, & exemplo Cauſæ Ven: Seruæ Dei Sororis Hiacynthæ Mareſcotti, in qua, vt liberatio Virginiæ Pedanti à dicto Morbo Epileptico prò miraculoſa definiretur à Sancta Sede, tot, tantaſque, neceſsè fuit, adhibere diligentias, & cauthelas, & expectatus fuit lapſus plurium annorum; inferendo exindè, quod, cùm in facto, de quo nunc agitur, Liborius Auellonus Puer annorum quindecim, ſpatio duorum circitèr annorum, Epilepſia laborauerit, itàut per conſequens Morbus prædictus non cum tanta diffi-

difficultate potuerit naturalitèr ſanari; maiores profectò cauthelæ, & maiores diligentiæ erunt neceſſariæ, vt ſanatio inter Miracula recenſeri poſſit; Cumque diligentiæ conſiſtere præcipuè debeant in longo temporis interuallo, intrà quod Sanatus non fuerit ampliùs Morbo vexatus, & hoc temporis interuallum hic, & nunc, non adfuerit; cùm probationes non afferantur, niſi de ſanitate continuata ſpatio quinque, aut ſex annorum, hinc eſt, non poſſe vllo modo, hanc ſanationem Liborij Miraculo adſcribi.

141 Reſpondemus tamen, & dicimus, prædictum argumentum rehabilitationis Sacerdotis ad Ordines optimè etiam locum ſibi vindicare quoad Miraculum; nàm, cùm ratiò, cùr Sacerdos Epilepſia laborans, ſi per annum in illam amplius non incidat, rehabilitatur ad Ordines, ea ſit, quia per lapſum vnius anni cenſetur moralitèr certum, quod ſit perfectè liberatus à tali Morbo, cumque, vt miraculoſæ cenſeantur ſanationes eiuſmodi Morbi; idem requiratur, & ſufficiat, nimirùm, vt à Sanato poſt acceptam gratiam perfectè expulſus ſit dictus Morbus; hinc iure contendimus, dictum argumentum, in vtroque caſu, & prò vtroque effectu procedere debere, vti latè in puncto firmat Bordon. *de Miracul. medis.7. num.37.*

142 Aſt in caſu noſtro ceſſat omnis difficultas, quia non vnus, aut alter, ſed ſex effluxerunt anni à die ſecutæ ſanationis miraculoſæ prædicti Liborij; vndè imperceptibile prorsùs eſt, quod, ſi ille integrè, & perfectè ſanatus non fuiſſet à dicto morbo, intrà tot annos ab eo iterùm non moleſtatus fuiſſet; animaduertendo præſertìm, quod hìc agebatur de Epilepſia iàm confirmata, vtì protracta ad duos, & vltrà annos, & ſic effecta prorsùs inſanabili, teſte Zacch. *quæſt. medic. legal. lib.1. conſ.1. ſub num.*14. ibi = *Hæc Epilepſia erat de ſui natura incurabilis, quia erat confirmata, cùm iàm per octo menſes, & vltrà Ægrotantem moleſtaſſet.* = Et eo in ſtatu tandèm miſer Liborius redactus erat, vt grauiſſimis eius inſultibus vicies in die vexaretur cum totius corporis conuulſione, & ſenſuū deperditione, proùt perhibent Teſtes *Sum.f.*158. Teſtis XX. ibi = *Gli venne vn male chiamato da Medici Epilepſia, il quale lo tormentaua con farlo ſuenire con perdimento di tutti i ſenſi, il quale gli duraua vn quarto d'ora in circa ad ogni ſuenimento, e queſto li ſoleua venire da 20. volte il giorno in circa, & io anzioſo con tutte l'altre Genti di mia Caſa di volerlo ſanare con conſulta de' più Medici, e frà gl'altri di Gennaro de Biſogno all'ora viuente, Carlo Finia ora viuente, quali ora mi ricordo, l'applicorno più rimedij, e in vece di giouare à detta infermità, maggiormente ſi accrebbe, perche con l'applicazione di detti rimedij conforme li veniua per il paſſato detto ſuenimento, e moto Epileptico, doppo li veniua cō qualità di ſtrepiti, che non li baſtauano quattro perſone à tenerlo con perdimento de ſenſi &c.*, = & *f.*160. Teſtis XXI. ibi = *Vi applicorono diuerſi, e varij medicamenti, li quali nō fecero effetto veruno, mà più toſto fecero alterare d. male, il qual male trà gl'altri effetti, che faceua, ſi era, che gli pigliaua al detto Liborio, cioè l'aſſaliua da 20. volte il giorno in circa, li faceua perdere li ſenſi, e cadeua à terra come morto, e ogni volta, che l'aſſaliua, ſtaua come morto per vn quarto d'ora in circa &c.*, = & *f.*166. Teſtis XXIV. ibi = *Gl'effetti, che li faceuano dd. moti epilettici, ſi erano trà gl'altri, che gettauano à terra il d. Liborio più volte il giorno, e ſtaua priuo de' ſenſi per lo ſpazio di vn quarto d'ora in circa ogni volta, che l'aſſaliua il detto male, e gl'impediuano il reſpiro, e quando la detta Epilepſia venne nell'vltimo ſtato, crebbe talmente li detti moti epilettici, che*

*quando il detto Liborio veniua in ſe, daua in farie, e ſtrepiti, e ci voleua più perſone à tenerlo &c.*; = Ex quo fit, vt etiamſi dictus morbus ſanabilis fuiſſet; cùm id non aliter fieri potuiſſet, quàm per concoctionem, & fermenti epileptici incinerationem, vtique prædicti inſultus, qui priùs vicies in die inuadebant, poſtmodùm ſaltem decies, deindè quinquies, & ſucceſſiuè per dies, & hebdomadas erumpere debebant, & ſic demùm paulatim euanuiſſent, vt optimè probat bo: me: Sinibaldus in voto ſuper hoc Miraculo pro veritate edito.

143 Nec exemplum ſanationis Virginiæ Pedanti per interceſſionem Vener. Seruæ Dei Hiacynthæ de Mareſcottis ſecutæ, nobis vllatenùs officit, imò ſummopere fauet. Quoniàm, cùm dicta Virginia adhùc viueret, perſeuerare ideò timor prudens videbatur, nè dictus morbus reuerteretur, & ex eo dicta Virginia moreretur; & hinc factum eſt, vt hac vnicè de cauſa in dicta ſanatione tot adhibitæ fuerint diligentiæ, & cauthelæ, & multorum annorum ſpatium expectandum fuerit, vt tuto dici poſſet, ſi quando ex ictu epileptico deceſſiſſet, vel deceſſura ſit; (viuit enim) id ex noua omninò cauſa contigiſſe. In caſu autem noſtro nullus ampliùs ſubeſt timor reuerſionis dicti morbi, vtpotè quia Sanatus iàm vltimum clauſit diem; & quidem ex alia infirmitate, nimirum ex febri æthica ei ſuperuenta poſt quatuor annos obtentæ liberationis ab Epilepſia, vt in *Summar.* XXI. Teſtis *pag.*162.*§.*19., & §.22., & XXII. Teſtis *pag.*165. §.28.; & per conſequens nullæ aliæ debuerunt, nec potuerunt adhiberi diligentiæ; ſed ſatis eſt pro decernendo de dicto Miraculo, vt à die ſecutæ ſanationis prædicti Liborij interceſſione B. Iacobi, vſque ad eius obitum, ampliùs à dicto morbo vexatus non fuerit, & quidem per ſpatium quinque, aut ſex annorum, vt concorditèr Teſtes deponunt, & ingenuè fatetur Reuerendiſſimus Promotor; quod ſanè tempus in debilioribus terminis, nimirùm adhùc non ſecuto obitu Sanatorum, & ſic præexiſtente timore reuerſionis ſimilis morbi, dijudicatum fuit ſufficientiſſimum tùm à bo: me: Lanciſio in Voto edito poſt ſex annos à die ſecutæ liberationis in dicta Cauſa Venerabilis Seruæ Dei Hiacynthæ de Mareſcottis; tùm & ab Auditoribus Rotæ in Cauſa Sancti Andreæ Corſini, vt in *præſenti Summar. Additionali Num.*7., & fauet etiam aliud exemplum Cauſæ S. Caietani Thienęi, de quo in *dicto Summar. Additionali dicto Num.*7.

144 Minimè refragante, quod morbus iſte in noſtro Liborio naturalitèr ſanabilis erat, ex quo annum 25. adhùc non attigerat: Nàm, admiſſa etiam dicti morbi ſanabilitate, quæ cœteroquin hic prorsùs deſperata erat, vti fatentur omnes Teſtes, & Medicus Curæ formitèr deſupèr examinati; vis huius Miraculi reſidet in repentina, totali, & nunquàm redituri eiuſdem morbi ſanatione per interceſſionem B. Iacobi ſecuta, & quidem eo met temporis momento, quo dictus Liborius adhùc reliquijs vltimi paſſi paroxiſmi detinebatur, vt in *Summar. fol.*157. ibi = *E poi viddi, che ſe nè andò in Caſa ſua ſolo, ſenz'appoggio con i ſuoi proprij piedi, quando io nel venire, che feci in detta Cappella l'haueuo viſto venire appoggiato da due perſone, vno di quà, e l'altro di là, e che non poteua mantenerſi in piedi per la ſua debolezza.* = Natura enim id operari quidem per ſe ſolà haud poterat; cùm ea in ſuis operationibus pedentìm procedere ſoleat; ſoliuſuè Diuinæ potentiæ eſt, vt eodem momento, quo quis ſanatur, tollat grabatum ſuum, & ambulet, prout in caſu Paralytici *Matth.* 9., & docet. D. Thom. *part.*2. *quaeſt.*113.

*art.*

*art.*10. *in corp.*, *& contra Gent. quæſt.*105. *art.* 8., cum alijs relatis per Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap.* 17. *pag.* 172. *verſic.* 3. *excedit*.

# DE NONO MIRACVLO

## *Sanationis Victoriæ Sannelli à Paralyſi in brachio, & manu ſiniſtra.*

145 PRæcipuum obſtatiuum aduersùs hoc celebre Miraculum in nouis Animaduerſionibus Reuerendiſſimi Fidei Promotoris aſſeritur, conſtitutum fuiſſe in eo, quod tempore ſanationis exiuit è brachio Sanatæ magna copia ſudoris, qui iuxtà authoritates in oppoſitum allegatas, pro diſſolutione Paralyſis, maximoperè prodeſſe ſolet; & hinc ex hoc infertur, quod, quando interuenit criſis, licèt in inſtanti, ſanatio adſcribi nequeat Miraculo.

146 At ſpectatis qualitate Morbi, quo vexabatur Sanata, & tempore, quo motus fuit dictus ſudor, nulla erit difficultas, quin prædicta ſanatio pro miraculoſa habenda veniat.

147 Et fanè, quod attinet ad Morbum, hic vtique grauiſſimus erat; Agebatur enim de perfecta Paralyſi cum priuatione ſenſus, & motus, quæ de ſui natura difficilis curationis eſt, præſertìm in Mulieribus, vt latè firmant bon: mem: Lanciſius, bon: mem: Sinibaldus in eorum Votis pro veritate editis ſuper hoc Miraculo, & tradunt Io: Aſculanus *in Commentar. cap.* 9. *Reſit ad Almanzar.* ibi = *Paralyſis fortis eſt, quaſi curæ impoſſibilis*, = Lomn. *Lib. Obſeruat. pag.*34. ibi = *Vix vnquàm ad priſtinum ſtatum reuertitur, præcipuè ſi motu penitùs careat*, = Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib.* 4. *tit.*1. *quæſt.* 8. *numer.*37., & 38.

148 Tantoque magis, quia coniuncta erat cum conuulſione, ac inhærebat brachio, & manui, quo caſu difficilior, & contumacior curatu efficitur, vt oſtendunt dicti Lanciſius, & Sinibaldus in dictis eorum Votis. Additurque, quod non erat recens, ſed per ſex menſes iàm Patientem obſederat; quo tempore Paralyſim omnem artem, omnemque naturalem curationem effugere, affirmant Beccarell. *lib. de conſenſ., & diſſenſ. Medic. tit. de Paralyſi* §. *Prognoſtica pag. mihi* 201., & Angel. Vittorell. *conſult. Medic.*92. *pag.*404., *& conſult.*190., & alij paſsim, & ratio huius aſſerti optimè redditur à Zacch. *quæſt. Medic. legal. lib.*4. *tit.*1. *quæſt.*8. *num.*40. ibi = *Ratio eſt, quia partes, quæ Paralyſim longo tempore fuerint paſſæ, non ſecùs, ac partes iàm demortuæ exiſtimandæ. Idem autèm eſſet partem iàm demortuam ad vitam, quod totum Animal iàm mortuum reuocare, facit Cardan. in Hiſtor. prognoſtic. lib.*3. *prognoſtic.*38., *nouam enim vitam illam quoque adipiſci neceſſe eſt, quippè, cùm decreſcente natura per neruos tranſmittere Animales ſpiritus concidit neruorum ſubſtantia, flacceſcitque, & omninò temporis longitudine inepta redditur ad recipiendum vlteriùs Animalium ſpirituum influxum*, = & concordat Fernell. *de part. morb., & ſymptom. lib.*5. *cap.*3. §. *Concluſio*.

149 Id-

149 Idque clariſſimè in caſu, de quo agitur, demonſtrauit euentus; nam, licèt medica Ars omnia ſua præſidia ſubminiſtrauerit pro illius curatione, nullum tamen ex eis iuuaminis fuit; taliter vt Medici dictum Morbum pro deſperato prorsùs vna voce proclamauerint *Summario fol.*177. ipſa Sanata, ibi = *li detti Medici diedero per diſperata la mia Cura* = *Et fol.*190. Teſtis XXIX. ibi = *per il che detti Medici ſtimorono detto Male incurabile, e come tale ne abbandonorno la Cura* = *fol.* 184. XXVIII. Teſtis, ibi = *quali Medici dopo applicateli quantità di remedij &c. non ſi vidde giouamento alcuno, e diedero per diſperato, & inſanabile il detto male, & abbandonorno la Cura*.

150 Si igitur morbus iſte erat grauiſſimus, & prorsùs deſperatus, indubitatum euadit, quod ille naturalitèr in inſtanti integrè, & perfectè depelli non poterat, quantacunque, & qualiſcunque interueniſſet Criſis, quia natura tàm adeò efficacem gignere nequit Criſim, quæ morbum deſperatum ſoluat, & quidem in inſtanti, perfectè, & nulla relicta illius reliquia; nihil enim vnquam facit, niſi priùs humoribus ad concoctionem redactis, vt fatetur Tozzius *Cheoritic. part. prima de Criſibus, & diebus criticis in princip. pag. mihi* 62., & concordant Medici *Inſtit. apud Riuer. Inſtit. lib.* 2. *sect.* 2. *cap.* 3. §. *Criſis perfecta*; ſed in eorumdem Morborum expulſione, præſertim chronicorum, & inueteratorum, prout hic, è Corpore humano, lentè, ſenſim, per ſucceſſiuas alterationes, ac in tempore, non autem celeriter, & in iſtanti procedit, & operatur, vt experientia ipſa quotidiè nos edocet, & tradit Card. de Laur. *de Miracul. artic.*5.*num.*85.*pag.*895.; ſoliuſque Dei propria eſt actio operandi in inſtanti, & perfectè perficiendi ea, quæ naturales Cauſæ inceperunt, vt docent ad rem Matt. *de Canonizat. Sanctor. part.*4.*cap.*8.*num.*12. *cum ſeqq.* Pignattell. *conſult.*35.*num.*12.*tom.*5.

151 Eoquè fortius, quià in noſtra hypotheſi, prædictus ſudor, cum fuerit in magna copia, obnoxius potiùs, quàm ſalutaris eſſe debuit; cùm, Teſte Hippocrate *in Coacis prænotionibus sect.*2. *num.*270.; Sudores non proficiant in ſanatione Conuulſionis, & Paralyſis, niſi quando paulatim ſuboriuutur, ità vt ſudores, qui confeſtim, & vnica dumtaxàt vice profluunt de contumaciſſimo hoc morbo victoriam reportare minimè poſſint; & ratio eſt, quia materia Chronicas paralyſes, & Conuulſiones producens, eſt altè in Muſculis incuneata, & propterea vnico ictu ſolui tota, & excludi nequit: cum viæ ſint anguſtiſſimæ, & profundæ, à quibus hærens humor difficulter euellitur. Atquè hinc Practici in huiuſmodi morbis, præmiſſis deiectorijs, & diureticis, tandem deſcendunt ad prouocationem ſudoris, qui ſtuphis, aut conſimilibus inſtrumentis excitatus, tunc ſolummodò iuuat, cùm per integras hebdomadas continuatur, prout verbotenùs firmat ſupradictus Lanciſius in dicto ſuo Voto *fol.* 7. §. *Patet*, & concordat Reuerendiſſimus Fidei Promotor in Animaduerſionibus editis in Cauſa Beati Ioannis à Cruce pro excludenda releuantia noui Miraculi ſub §. *Nonum eſt*.

152 Quoties autem talis eſt Criſis, vt ſuaptè natura nocumentum allatura eſſet, tunc vtique ſanatio prodigioſior redditur, & illuſtrius efficit miraculum, vt latè tradunt Auditores Rotæ in relatione S. Andreæ Corſini apud Lezzan. *conſult. prima num.*261., & 269., & in relatione S. Thereſiæ *ſub Miraculo XI. poſt obitum*, iunctis plurium Canonizationum Bullis, nempè Sancti Cœleſtini *ex Conſtitutione* 4. *Clemen. V.* §. 15. *Bull. nouo tom.* 1. S. Raymundi, *ex Conſtitut. Clemen. VIII.*

§.44.,

§.44., & 49. *tom*.3. S. Ignatij Loiolæ, *ex Conſtitut.* 3. *Vrbani VIII.* §.36. S.Roſæ Limanæ, *ex Conſtitut*.37.*Clementis X*.§.54.,& 57.,& ex alijs paſſim.

153 Sed qualiſcunque fuerit dictus ſudor, bonus ſcilicet, vel noxius, inſpecto tempore, quo ille excitatus fuit, res omni prorsùs difficultate vacare videtur. Accidit enim poſt recurſum habitum ad interceſſionem Beati Iacobi, eo met temporis momento, quo Litaniæ, iam inchoatæ, recitabantur, conſiſtente, & orante ipſa Victoria Sannella ante Sepulcrum eiuſdem Beati, vt colligitur ex depoſitione dictæ Sanatæ *Summario fol.* 178. ibi = *E nel mentre cominciorono à dire Santa Maria, io mi ſentij calare per il detto braccio attratto vna coſa, come di gelo, ò giacclo freddiſſimo, e proſeguendoſi tutte le dette Litanie fino al fine, ſi diſſe, & inuocò il detto Beato Giacomo colle parole preciſe = Beate Iacobe ora pro ea = à pena finite dette parole aprij, e ſpalancai tutte due le mie braccia, e gridai Grazia, Grazia, hò auuta la grazia, e moſſi, e giocai il detto mio braccio ſiniſtro più volte à viſta di tutti appoſta per accertarmi, ſe aueuo auuta la grazia perfettamente, e trà tanto per detto mio braccio ſiniſtro, e ſua mano vſcì vn ſudore così grande, che le goccie ſcorreuano à baſſo, e io mi accorſi, che detto mio braccio, e mano erano bagnate dal detto ſudore, e la detta mano, che era ſtata tanto tempo ſerrata ſcaturiua vna puzza brutta.*

154 Ex quo fit, vt etiamſi aptus fuiſſet ſanitatem producere, adhùc tamen non pro Criſi, ſed pro initio miraculi, & effectu eiuſdem reputari debeat ratione inſtantaneitatis; cùm tritum ſit, quod etiam ea, quæ fiunt per media naturalia diſpoſita ad agendum, & ad talem effectum producendum, ſi in inſtanti ſuccedant, miraculoſa reputantur, vt pluribus relatis exemplis deſumptis ex Sacra Scriptura probat Matt. *de Canoniz. Sanct. part.* 4. *artic.* 7. *num.* 12. Mattheucc. *de offic. Cur. Eccleſ.cap*.47.*ſub num*.23.,& notant D.Thomas 2.2.*quæſt*.178.*artic. primo ad primam*, Archidiacon. *in cap. nec minùs* 26. *quæſt.* 5. Auditores Rotæ in relatione S. Andreæ Corſini penès Lezan. *num.* 199. Et ratio conuincentiſſima ea eſt, quia Deus, ex ſua ſpeciali prouidentia, non permittit, quod poſt inuocationem Interceſſionis alicuius Sancti, ſtatim operetur natura, nè homines decipiantur, vt aduertit Diuus Thomas 2.2. *quæſt*.178. *artic.* 2. *in corp.* Auditores Rotæ in relatione Canonizationis *Sancti Franciſci Xauerij ſuper XI. Miraculo in fine* Matth. *de Canoniz.Sanct.part*.3.*cap*.24.*num*.24.

155 Atquè ex hac ratione pluries, non obſtantibus ſudoribus, alijſque naturalibus Criſibus, ſanationes, quæ euenerunt poſt recurſum ad aliquem Beatum, vel Seruum Dei, licèt nèc etiam in inſtanti, ſed tractu temporis, & ſic in debilioribus longè terminis caſus noſtri; pro miraculoſis habitæ, atquè declaratæ fuerunt tùm ab Auditoribus Rotæ, tùm à Sancta Sede, eorum Votis inhærente, vt patet ex Exemplis relatis *in præſenti Summario Additionali Num*.9.,& mirificè fauet etiam alterum Exemplum Cauſæ Beati Staniſlai Koſtkæ in Animaduerſionibus allegatum; nàm in ea ſanatione ſudor quidam interuenit non violentus, & copioſus, atquè adeò naturalitèr nocumentum allaturus; ſed modicus, & blandus; ideòque non nihil conducens ad paralyſis ſolutionem; & nihilominùs, cum inſufficiens fuerit ad eam inſtantaneè ſoluendam, ſanatio illa miraculo adſcripta fuit. Quantò ergò magis in caſu noſtro, vbi non adfuit ſudor blandus, neque per multos ſucceſſiuè dies repetitus, qualis eſſe oporteret, ad paralyſim

gra-

gradatim ſoluendam iuxta Peritos rerum harum; ſed copioſus, vehemens, extemporaneus; qui propterea, niſi in vim præhabitæ Inuocationis excitatus, & excuſſus miraculosè fuiſſet, perniciem magnam potiùs, quàm ſolutionem Paralyſis procreaſſet? Sed, quando etiam tantundem valeret ſudor aliquantulum conducens, ac ſudor naturalitèr nocens, ità vt verſaremur in caſu æquali; adhùc pariformitèr pro miraculo decidendum erit: Quia quod in pluribus Iudicatis ſancitum fuit, id in quouis alio conſimili pro lege recipi conſueuit *cap. ex literis de Conſtitut.* vbi Felin. *num.*4. Bald. *in leg.prima in fin. Cod.quæ ſit longa conſuetudo*, Rot. *in Recent. part.*2. *deciſ.*88. *num.*2.,& coram Anſald. *deciſ.*12. *num.*27.

156 Quæ, hucuſquè diximus, clariora redduntur, benignè reflectendo, quod quatenùs dictus ſudor percitus fuiſſet ab aliqua naturali Cauſa, nimirùm vel ex calore æſtiuo, vel ex motu, vel ex aeris mutatione, & nulla in ea interueniſſet ſupernaturalis Virtus, vtiquè hoc caſu è omnibus alijs Corporis partibus erupiſſet, & præſertim ex illis, quæ nullo detinebantur impedimento, & facilioris tranſpirationis erant, vti Frons, Collum, & Pectus; cum ergò apparuerit in ſolis bracchio, & manu infirmis, in quibus, cœteroquin humores fixi, & conglutinati prorsùs erant, & nerui ferè arefacti, nec animalium ſpirituum influxus de facili tranſmitti poterat; per neceſſe fatendum eſt, id non niſi virtute ſupernaturali factum fuiſſe, & per conſequens ſanitatem præter naturam à ſolo Deo per Interceſſionem noſtri Beati donatam fuiſſe.

157 Abſquè eo quod officere valeat authoritas Zacch. *quæſt. medic. legal. lib.* 4. *tit. primo quæſt.* 8. *num.* 13. in animaduerſionibus allegata *ſub num.* 34., ſiquidem tunc forſan Criſis in cruentus imminuere poſſet ſubſtantiam miraculi; quatenùs vel apta, & proportionata foret integrè, & perfectè morbum de per ſe ſola depellere; vel ante Inuocationem ſuccederet, vel demùm ex aliqua naturali Cauſa procederet; hic autem nulla ex his circumſtantijs interfuit, quia, vt ſupra vidimus, & probauimus, prædictus ſudor vtporè in magna copia nociuus potius fuit, & non ſalutaris; nec qualiſcumque fuerit, vim, & efficaciam habere valuit perfectam, & totalem ſanitatem vnica vice reſtituendi; Succeſſit poſt Inuocationem; & ex nulla naturali cauſa ortum habuit, & per conſequens ſanatio omninò miraculoſa dicenda venit.

Quare &c.

*Dominicus Clauerinus S. Palatij Apoſtolici Cauſarum Patronus.*

REVISA.

*Ioannes Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.*

# SVMMARIVM

## Leo Papa X.

*Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

SACRI Ordinis Minorum meritis, & defunctorum Religioſorum eximijs operationibus, ac exemplari vita inducimur, vt ijs, quæ Dei Laudem, & animarum ſalutem reſpiciunt, gratum impartiamur aſſenſum. Hinc eſt, quod Nos Dilecti filij Ioannis Franciſci de Potentia dicti Ordinis Regularis Obſeruantiæ profeſſoris, & Commiſſarij citra Montes generalis in Romana Curia, in hac parte precibus inclinati, Vobis, & pro tempore exiſtenti Guardiano Domus Sanctæ Mariæ de la Noua Neapolitani Ordinis, & Obſeruantiæ prædictorum, ac Fratribus in ea pro tempore degentibus, tenore præſentium concedimus, vt in Eccleſijs ipſius Domus, in qua Corpus quondam Iacobi de la Marchia dicti Ordinis, dum viueret, profeſſoris, iacet, & in magna veneratione, propter crebra miracula, quæ illius meritis, & interceſſione, vt pie creditur, inibi operatur Altiſſimus, habet ad illius Sepulchrum quolibet die poſt Complectorium, aut alia hora diei, prout Guardiano pro tempore exiſtenti, magis conueniens videbitur proceſſionaliter accedere, & ibidem vnam Antiphonam, ſeù Hymnum cum verſiculo, & oratione in honorem Dei, & ipſius Iacobi memoriæ, abſque incurſu alicuis idolatriæ, aut infamiæ labe, ſeu conſcientiæ ſcrupulo, *donec Sedes Apoſtolica* ad præſens alijs arduis negocijs propter Concilium Lateranenſe occupata, ad *dicti Iacobi canonizationis examinationem procedat*, decantare valeatis. Nos enim vt Chriſti fideles eo libentius decantationi antiphonę, ſeu hymni, & verſiculi, ac orationibus huiuſmodi interſint, quo ex hoc dono cœleſtis gratię vberius conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui decantationi huiuſmodi interfuerint, vnum annum, & quadraginta dies prò qualibet vice de iniunctis ejus pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis revocationibus, & ſuſpenſionibus ſimilium Indulgentiarum, etiam durante fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Cruciata factis, & faciendis, cęteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 2. *Auguſti* 1515. Pontificatus Noſtri Anno tertio.

*Num. 1. Breue Leonis X deſumptum ex Actis Secretariæ Sac. Rituum Congregationis pag. 29*

Gemma lucens paupertatis, Roſa rubens Charitatis, Martyr deſiderio, Vas totius Puritatis, Speculumque Caſtitatis, Picenorum gloria, Decus Morum, & Minorum, Prædicator Verbi Dei, Extirpator hæreſum, Tù forma Sanctitatis Jacobe Beatiſſime, ora pro nobis Dominum.

*Ex iiſdem actis pag. 254.*

Verſ. Ora pro Nobis B. Jacobe.

Rerp. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

*Oremus.*

Deus qui in prædicationibus Beati Jacobi Confeſſoris tui Eccleſiam tuam erudire dignatus es, ejus nos quæſumus tribue meritis adjuvari, cujus commemoratione lætamur, Per Dominum Noſtrum &c. Amen.

Num. 2. *Breue Clementis VII. deſumptum, ut ſupra pag. 1.*

Motu proprio &c. Cum alias ad inſtantiam cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Nos Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Tarentino, & Epiſcopis Camerinenſi, Aſculano, Marturanenſi, & Iſilanenſi commiſerimus, quatenus de Vita Beati Jacobi de Marchia ordinis fratrum minorum de obſervantia nuncupatorum, & aliis ad hoc, ut ipſe in Cathalogo Sanctorum merito adſcribi poſſit, requiſitis per generalis inquiſitionis modum, ſe informarent, & ſi per ſpecialem inquiſitionem procedi, ac deveniri ad ſpecialem ſuper præmiſſis inquiſitionem devenirent, Articuliſque, & Interrogatoriis datis, & citatione legitima præcedenti Teſtium productorum juramenta reciperent, & juxta articulorum, & interrogatoriorum formam diligenter examinari curarent. Inter alia prout in diverſis noſtris in forma Brevis inde confectis litteris plenius continetur.

Cum autem Archiepiſcopus, & Epiſcopi prædicti proceſſus per deſuper factos, eorum ſigillis munitos, ad nos miſerint; Nos, ut res tam ardua exactiſſima diligentia, & examine rigoroſo procedat, Dilectis filiis magiſtris Paulo de Capiſuccis & Camillo de Balleonibus Capellanis noſtris, & Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoribus per præſentes committimus, & mandamus quatenùs proceſſus prædictos diligenter revideant, & examinent, & ſi probationes in eis contentæ, ad hoc, ut adſcriptio hujuſmodi merito ſit ſienda, ſufficiat nobis, aut illis ex Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, quibus id per nos demandari contigerit, clarè, & fideliter referant, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

De mandato Domini noſtri Papæ præfati Auditores procedant, & referant, ut petitur, & Juſtitiam faciant.

Placet, & ita mandamus I.

Num. 3. *Decretum editum anno 1617. deſumptum ex Summario B. Aloyſij Gonzagæ impreſſa menſe Iunij 1725.*

Cum aliàs ſub die 15. Menſis Januarii 1611. in Sac. Rituum Congregatione Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis Capponus fecerit relationem de Cauſa ſibi commiſſa ad inſtantiam Catholicæ Majeſtatis, & Civitatis Neapolitanæ pro Canonizatione Servi Dei Fratris Iacobi de Marchia, cujus Corpus in dicta Civitate Neapolitana ſepultum eſt; & aſſeruerit ſe vidiſſe Proceſſus Auctoritate Apoſtolica juridice formatos, *& ex eis ſatis ſufficienter conſtare de Sanctitate Vitæ, & multis Miraculis* dicti Servi Dei Iacobi de Marchia, & eadem Sac. Rituum Congregatio tunc cenſuerit Cauſam in tali ſtatu eſſe, ut, ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro placuerit, poſſit de more committi tribus Auditoribus Rotæ ad effectum Canonizationis, & Sanctiſſimus D. N. ſententiam Congregationis approbaverit; Sed quia tunc non fuit expeditum decretum ſuper præmiſſis, iterum ad inſtantiam ejuſdem Civitatis Neapolis in eadem Sacra Rituum Congregatione inſtitum fuit pro expeditione dicti Decreti.

Quæ

Quæ quidem Sacra Rituum Congregatio Decretum prædictum expediri mandavit, ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro placuerit; & facta per Nos de præmiſſis relatione in Conciſtorio ſecreto eidem Sanctiſſimo D. Noſtro hac die infraſcripta; Sanctitas ſua annuit, ſententiã Cõgregationis approbavit, & mandavit committi de more cauſam tribus Auditoribus Rotæ, ut ipſi authoritate Apoſtolica procedant ad examen dictorum Proceſſuum ad effectum Canonizationis dicti Servi Dei Iacobi de Marchia: In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præſentes per infraſcriptum ejuſdem Congregationis Secretarium fieri juſſimus manu noſtra ſubſcripſimus, ac noſtri ſigilli impreſſionem muniri fecimus hac die 17. Iulii 1617.

Num. 4.

*Particula Animaduerſionum factarũ per R.mum Promotorem in Cauſa B. Staniſlai* KoſKta *ſuper dubio miraculorum pag. 1.*

Habita fuit die 24. Februarii hujus ejuſdem anni 1711. Congregatio, quæ dicitur antipreparatoria in Ædibus Cardinalis Relatoris, & quia variæ excitatæ fuerunt difficultates in eo, quod attinet ad ordinatoria Iudicij, operæ pretium eſſe cenſui plenam, & diſtinctam exarare relationem pro Congregatione Sacrorum Rituum ordinaria ad effectum, ut Cardinales Sac. Ritibus præpoſiti ſuum ferrent ſuper prædictis Iudicium.

In congregatione itaque ordinaria habita *die* 9. *Maij* 1711., relatione per manus tranſmiſſa, expoſui, quod in Congregatione antipræparatoria nonnulli ex Conſultoribus dubitaverant, an dubium, quod proponebatur diſputandum, eſſet adæquatè conceptum; Tum quia clauſula illa, *in caſum, & ad effectum*, videbatur inſolita, & plena Myſteriis, & conſultò appoſita ad effectum tollendi de medio diſputationem, quæ in hac Cauſa inſurgere poteſt, an Miracula ſcilicèt, quæ nunc examini proponuntur, deſervire debeant prò ſolemni Beatificatione, vel potiùs pro Canonizatione; Tum quia, licèt in principio Animadverſionum dubium, quod proponitur diſputandum ſit hoc, *an, & de quibus miraculis conſtet, & ad effectum*, in Fronteſpicio nihilominus Informotionis legitur hoc aliud, *an, & de quibus Miraculis conſtet de iis, quæ ſuperuenerunt poſt indultam Beato Venerationem ad effectum procedendi ad ſolemnem Canonizationem in caſu &c.*

Fuit examinata hæc difficultas in prædicta Congregatione ordinaria, quæ dixit, quod dubium diſputandum eſſet illud, quod legitur in principio Animadverſionum, quodque eſt conceptum ſequentibus verbis = *An, & de quibus Miraculis conſtet in caſu, & ad effectum*; ità enim ſemper concepta fuerunt dubia ſuper Miraculis, quæ examinantur poſt indultam Venerationem, & à ſtylo Sac. Congregationis, & à veſtigiis antiquorum Patruum, non eſt de facili recedendum.

Nec ſubtilitas illa reſpectu ad clauſulam, *in caſu, & ad effectum*, ullam meruit in Sacra Congregatione Animadverſionem, cum clauſula *in caſu, & ad effectum* habeat relationem ad diſpoſitionem Iuris, & ſi de Iure eſt, quod Miracula, quæ nunc examinantur deſerviant prò ſolemni Beatificatione, & non prò Canonizatione, non poteſt allegata clauſula eſſe tanti roboris, & momenti, ut diſpoſitionem juris intervertat; Addendo, quod non eſt præſentis indaginis inveſtigare, an Miracula, quæ nunc examinantur deſerviant prò ſolemni Beatificatione, vel prò Canonizatione, cum hic, & nunc quæ-

rendum tantummodo ſit, an, quæ Miracula ſint approbanda, & effectus approbationis ad aliud dubium, & ad aliud pertinet judicium, quando ſcilicèt, approbatis à Congregatione, & à Sanctiſſimo Miraculis, proponitur dubium, *An ſtante approbatione talium, & talium Miraculorum, tutò procedi poſſit ad ſolemnem Canonizationem.*

Multoque magis, cum excitata hac eadem identifica difficultate in cauſis S. Ioannis de Capiſtrano, & B. Catharinæ de Bononia, eadem fuerit examinata, non occaſione approbationis Miraculorum, ſed, quando, approbatis miraculis, diſputatum fuit, an tuto procedi poſſet ad ſolemnem Canonizationem.

Quò circà concludendo; non debet amplius quis immorari ſuper hac difficultate, cum eadem fuerit ſublata judicio Sac. Congregationis, ejuſdemque reſponſum fuerit à Sanctiſſimo comprobatum.

Hinc proſequendo cætera, quæ expoſui in relatione per manus tranſmiſſa, dixi, quod in Congregatione Antipræparatoria orta erat difficultas, à quo tempore deſumendum eſſet initium Venerationis, quod, ſi non ſtatuebatur, impoſſibile erat, quod Miracula, quæ proponebantur à Poſtulatoribus, examinari poſſent; Cum enim examinanda ſint tantummodo illa, quæ ſupervenerunt poſt indultam Venerationem, ſemper ignorabitur, quæ ſint illa, quæ ſupervenerunt, ſi non determinetur, quando incęperit Veneratio.

Quoad hanc difficultatem, Congregatio ordinaria ſenſit, *initium Venerationis eſſe deſumendum ab anno* 1065., & reſponſum fuit à Sanctiſſimo confirmatum, & cum hoc Themate procedendo, excepto primo miraculo, quod contigit de anno 1602. reliqua omnia, quæ proponuntur à Poſtulatoribus, erunt examinanda, cum ſecundum acciderit de anno 1630., tertium de anno 1663., quartum de anno 1621., quintum de anno 1640., ſextum de anno 1611., ſeptimum de anno 1623., octavum de anno 1630., nonum de anno 1624., decimum de anno 1627., undecimum de anno pariter 1627., duodecimum de anno 1673., decimum tertium de anno 1674.

Poſtquam Sac. Congregatio reſolvit initium Venerationis eſſe deſumendum ab anno 1605. ſuperfluum quodammodo videri poteſt hujus reſolutionis afferre rationem; ut eadem nihilominus ad abundantiorem cauthelam Conſultoirbus, & cæteris, qui Congregationi ordinariæ non interfuerunt, innoteſcat, ſciendum eſt, quod per Me, recognito proceſſu ſuper caſu excepto, ejuſdemque tenore inſerto in mea relatione per manus tranſmiſſa, deprehenſus fuit, San. me. Paulum V. anno 1605. conceſſiſſe, ut Imago B. Staniſlai, quæ in Sacriſtia aſſervabatur, una cum votis oblatis, publicæ Venerationi Romæ exponeretur cum iiſdem Votis, & Lampade in Eccleſia S. Andreæ Patrum Societatis Ieſu in Monte Quirinali, prout factum fuit, & quolibet anno uſque ad præſentem diem Feſtum Beatis Staniſlai publicè continuatum eſt.

In hoc ergo rerum ſtatu, nemo eſt, qui non videat, initium Venerationis eſſe deſumendum ab anno 1605; & quamvis San. mem. Clemens X. anno 1670. de Conſilio Cardinalium Sacris Ritibus præpoſitorum, conceſſerit, ut quotannis in univerſo Regno Poloniæ, & Magno Ducatu Lituaniæ, nec non in Eccleſia S. Andreæ in Monte Quirinali, ac in omnibus, & ſingulis Eccleſiis Societatis Ieſu, Miſſa, & Officium de Communi Confeſſorum non Pontificum libere

berè, & licitè celebrari, & recitari poſſent, & de anno 1674. præuio pariter Voto Congregationis Sac. Rituum, declaraverit Beatum Stanislaum Principaliorem Patronum Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lituaniæ, hæc nihilominùs Brevia Apoſtolica non conſtituunt initium Venerationis, ſed progreſſum, & augumentum, quod Venerationem jam inceptam ſupponit de anno 1605. propter conceſſionem Pauli Quinti ſupra memoratam.

Abſque eo, quod quidquam referat, quod caſus exceptus propter Indulta Apoſtolica fuit approbatus de anno 1660., quia ſententia ſuper caſu excepto nihil de nouo tribuit, ſed declarat Ius, quod præexiſtebat, & ſic non operatur ex nunc, ſed ex tunc, cumque in Proceſſu ſuper caſu excepto præcipuum momentum repoſitum fuerit in conceſſione Pauli V. facta de anno 1605. hinc ſuo marte ſequitur, Venerationis initium ſemper eſſe deſumendum, non ab anno 1660., quo fuit approbatus caſus exceptus, ſed ab anno 1605., quo Paulus V. facultatem dedit exponendi Imaginem Beati Stanislai in publica Eccleſia.

Num. 5.

*Particula Inſtrumenti Viſitationis Corporis Sancti Ludouici Bertrandi deſumpta ex Poſitione Cauſæ S. Catharinæ de Bononia ſuper miraculis.*

E' Summario impreſſo anno 1667. de ijs, quæ ſuperuenerunt &c. *Num. 5. pag. 8. in principio.*

Introiuerunt intùs dictam concauitatem, vel baſem, & in præſentia omnium ſupradictorum inſpexeruut Corpus præfati Beati Ludouici, conſpicientes eum ab omni parte, & ſæpiùs tangentes, viderunt, quod totum Corpus erat integrum, & articulatum, & quod ſolùm *ei deficiebant tres digiti manus ſiniſtræ*, de quo valdè mirati ſunt Dominationes Suæ Illuſtriſſimæ cum omnibus ibi aſſiſtentibus &c.

*Ex relatione Canonizationis S. Ignatij.*

## OCTAVVM MIRACVLVM.

*Bartholomæus Conteſti Chirurgus ophthalmiæ morbo, & acerrimis capitis doloribus liberatur.*

Num. 6.

*Sanationes à non totali cæcitate prò miraculoſis declaratæ.*

In eadem Ciuitate Maioricæ anno 1597. Bartholomæo Conteſti Chyrurgo annorum 62. tam acerrimis, ac diuturnis capitis doloribus oppreſſo, vt præ nimio dolore ſæpiùs ad terram allideretur, ſuperuenit in vno oculorum adeo grauis ophthalmiæ morbus, ideſt oculorum inflammatio, vt & alterum etiam oculum per quemdam quaſi conſenſum dinexaret, & efficeret, *vt ne tenuiſſimum quidem lucis radium ſuſtinere*, nec manducare, nec quieſcere poſſet, ob idque in tenebroſo cubiculo conſtitutus, indè non egrediebatur, & ſi quid ſibi ſumere cogebatur, per alteriùs manus ſumere debebat. Humana remedia fuerunt adhibita plurima, & multiplicia, ſed omnia incaſſum, morbo ſemper in deteriùs ruente, & eo tandem deuentum eſt, vt Bartholomæus præ nimio dolore non dubitaret affirmare, futurum, vt ſi viueret quidam Paſtor Chyrurgus, ſibi oculum erui, & radicitus extirpari iuberet; In hoc ſtatu conſtitutus, audiris Miraculis, quæ Deus interceſſione dicti Beati Patris operabatur, magna ſpe concepta, & erga dictum Beatum Patrem eximia religione incenſus, obtinuit ad ſe deferri illius Reliquiam; nempè

nomen

nomen ipſius Beati Patris, quod in calce literarum ſua manu ſcribere ſolebat, & in illomet puncto, quo fuit dicta Reliquia ad eum allata, bene ſe habuit, dolor capitis, & oculorum ceſſauit, viſum recuperauit, *& lucis ſplendorem, quem anteà adeò auerſabatur*, ſine vlla offenſione ſuſtinuit, ſurrexit è lecto, & cibum petens commedit, & quieuit cum magno voluptatis ſenſu, atque, vt intelligeretur, tàm ſubitam curationem Diuinæ virtuti, & intercesſione dicti Beati Patris tribuendam eſſe, bis, terue Sac. Reliquia è cubiculo dicti Ægroti aſportata, *illicò dolor priùs ſublatus redijt, eademque in cubiculum reportata, illicò morbus diſceſſit*, quo facto admonitus Bartholomæus Sac. Reliquiam apud ſe retinuit, *&ità intrà tres, vel quatuor dies perfectè ſanatus eſt, quaſi nunquàm ægrotaſſet*.

Factum iſtud ſic, vt ſuprà narratum, probatum comperimus ex depoſitione ſex Teſtium, videlicèt ipſius Bartholomæi, in cuius perſona Miraculum contingit, XIV. Teſtis informatiui examinati Minoricæ per Officialem Maioricen. ex commiſſione ſupradicti Nuncij Apoſtolici *ſuper* 13. *art.*, & Bartholomæi Conteſti Filij dicti Bartholomæi 76. Teſtis Remiſſorialis, & Margharitæ Lopez Vxoris relictæ dicti Bartholomæi Senioris 77. Teſtis Remiſſorialis iuxtà 18. Interrogatorium, & Catharinæ Campaner filiæ dicti Bartholomæi Senioris 15. Teſtis informatiui examinatorum Maioricæ per ſupradictum Officialem, qui cum mortui eſſent, repeti non potuerunt, & omnes ex certa ſcientia deponunt, ſicut etiam Sebaſtianus Bena iam Artium, & Medicinæ Doctor nonus Teſtis informatiuus examinatus Maioricæ, vt alij.

Curationem iſtam Miraculo adſcribendam cenſuimus, primò ex qualitate morbi, erant enim dolores acerrimi, & inueterati, ac adeò illis cruciabatur, vt eligeret potiùs ſuſtinere dolorem eruitionis oculi, magis quàm dolores, quos cum illo patiebatur, & cum ex plurimis medicamentis ex arte adhibitis, quibus leuari debuerat, leuamen non recepiſſet, imò in peiùs ſemper ruiſſet, neceſſariò dicendum eſt, morbum huiuſmodi perniciem portendere, & curari non potuiſſe *ex Galeno* 2. *aphor. tex. tom.*1.

Secundo ex inſtantanea operatione; nam ſtatim, ac Reliquia ad Infirmum allata fuit, & ſuper oculos ipſius appoſita, bene ſe habuit, ceſſauit dolor, redijt viſus, ſplendorem lucis ſuſtinuit, ſurrexit è lecto, ſuis manibus commedit, & dormiuit cum magno voluptatis ſenſu; idque eo magis conſiderata ſupradicta circumſtantia, quod ter, aut quater vis morbi ceſſauit, dum adeſſet Reliquia, totidem vicibus recruduit, quando Reliquia è cubiculo efferebatur.

Quæ, cum nullam cum cauſis naturalibus dependentiam, aut communicationem habere poſſint, & vires, & facultates naturæ ſuperent, negari non poteſt, quin Miraculo tribui debeant, præſertim, quod ità perfectè ſanatus eſt, ac ſi nunquam ægrotaſſet tali morbo.

His omnibus accedunt aliæ circumſtantiæ in alijs Canonizationibus conſideratæ, nempè concepta deuotio ipſius Bartholomæi ergà B. Patrem, illiuſque deſiderium, & fides, ac opinio omnium ſupradictorum, qui dictam curationem prò inſigni Miraculo habuerunt.

Ex bulla Canonizationis *Bullar. Magn. tom.*4. *pag.*14. §.40. Bartholomæus Conteſti Chirurgus adeò acerbis, & diuturnis capitis doloribus opprimebatur, & præ nimio dolore ſepiùs ad terram allideretur,

retur, acceſſit in oculorum altero tàm grauis inflammatio, vt alterum etiam dinexaret, *itaut ne tenuiſſimum quidem lucis radium perferre*, aut aliquantulum quieſcere poſſet; obidque in tenebroſo conditus cubiculo, indè non egrediebatur, & eò deuentum eſt, vt ex intolerando dolore non dubitaret affirmare, quod ſi quidam Chirurgus iam defunctus in humanis ageret, oculum ſibi erui iuſſurus eſſet. Religione demum eximia ergà Beatum iſtum incenſus, illius reliquiam ad ſe afferri iuſſit, & in puncto, quo fuit illa delata, bene ſe habuit, capitis, & oculorum ceſſauit dolor, viſum recuperauit, *& lucis ſplendorem ſine vlla offenſione ſuſtinuit*, vtque intelligeretur, ſubitam curationem diuinæ virtuti, atque interceſſioni B. Ignatij tribuendam eſſe, *bis, teruè Sac. Reliquia è cubiculo exportata dolor redijt, eaque in cubiculum reducta, illicò morbus diſceſſit*, quo facto admonitus Bartholomęus Sac. Reliquiam penès ſe retinuit, atque ita intrà tres, vel quatuor dies ita perfectè ſanatus eſt, quaſi nunquam ęgrotaſſet.

*Ex Relatione Canonizationis S. Ioannis Dei.*

## QVARTVM MIRACVLVM.

*Poſt mortem Oculorum infirmitatem ſanat.*

Sauina Baptiſta Puella annorum quatuor in eam incidit infirmitatem, vt profluentium humorum concurſu tumefactos, atque obumbratos oculos non poſſet aperire, & cùm admotis quibuſdam medicamentis tumor ſubſediſſet, oculique eſſent aperti, adhuc tamen illorum lumine adeò impedita remanſit, vt duorum menſium ſpatio nihil penitùs videret. Cum verò ipſius Mater ad valetudinarium Ioannis Dei acceſſiſſet, vt Chirurgum prò ſalute filiæ conſuleret, à pia quadam Muliere Valetudinarij Miniſtra commonefacta, vt potiùs ad auxilium, opemque Serui Dei confugeret, ſe ad Eccleſiam contulit, ibique effuſis lacrymis, roſarioque recitato, ac deuotione quàm maxima Ioannis interceſſioni filiam commendans pollicita eſt eandem ipſius Serui Dei habitum aſſumpturam; *Die ſequenti Puella viſum recuperaſſe ſignificans plura proprijs nuncupata nominibus* in reſtitutæ lucis teſtimonium deſignauit.

Hoc factum proùt ſuperiùs narratur, concludenter probant de certa ſcientia in Proceſſu Granaten. Maria de Zamorra Mater Puellæ ſuper 2. *fol.*419. Thomaſia Faxardo amica Puellæ habitans in eadem Domo ſuper 10. *fol.*294., Ioanna de Aſſero Valetudinarij Miniſtra, quæ ſuaſit, vt ad interceſſionem Ioannis Dei Mater confugeret ſuper eodem 10. *interr. fol.*318.

Hanc verò oculorum illuminationem adſcribendam eſſe Miraculo cenſuimus, attenta tùm qualitate Infirmitatis, quæ viſum Puellæ *obtenebrarat*, itaùt iam per duos menſes nihil videret, vt ijdem Teſtes deponunt; tùm etiam inſtantanea viſus recuperatione, quæ nullo maximè adhibito medicamento, cùm excedat vires naturæ ſenſim, & per ſucceſſiuas alterationes ſolum operantis, Miraculùm arguit, *Arcbid. in cap. Nec mirum num.*6. *&* 8., & ibidem, *Bullam num.*5. 26. *quæſt.*5., & quod emanauerit ad interceſſionem Serui Dei Ioannis, ſufficienter comprobant ad ipſum preces effuſæ, & præcedentis



Digitized by Google

dentis voti nuncupatio, vt iàm in alijs deduximus.

Ex Bulla Canonizationis inſerta in libro Vitæ Sancti Ioannis Dei ſcriptæ per Fratrem Marcum Aurelium Scodaniglium, & impreſſę Panormi anno 1706. *pag.*312. Sauina Baptiſta quatuor annorum Puella oculorum è nimio maligni humoris illapſum viſum planè perdiderat: Hæc, cùm primum eius Genitrix illam, ſi ad priſtinum viſum reſtitueretur, Religioſis Beati Ioannis inſignibus induere ſpopondit, ſtatim oculorum viſum omninò ſanum recuperauit.

*Ex Relatione S. Thomæ à Villanoua penès Contilorum pag.*684.

Sanatio Ophthalmiæ.

Marcella filia Antonij Matthæi de Lizania, & Marcellæ Eſcolanæ coniugum Incolarum Ciuitatis Valentiæ, tertium ætatis annum agens, morbo quodam, ſiuè diſtillatione in pectore per duorum fermè, vel trium menſium ſpatium grauiter vexata fuit, adeoùt ſanguinem per os proijceret, neque cibum retinere valens, eum tuſſiendo cum ſanguine euomeret, quæ diſtillatio ad caput, & oculos poſtmodum translata fuit, tàm vehementer eam afficiens, *vt neque lumen aſpicere*, neque oculos aperire vllatenùs ſuſtineret, quo pacto cum per annum integrum laboraſſet, nec humana remedia prodeſſent, & à pluribus menſibus nullum omnino fuiſſet adhibitum; Mater eius audiens glorioſa miracula, que ad interceſſionem Serui ſui Thomæ quotidiè diuina prouidentia facere dignabatur, ad Eccleſiam Beatæ Mariæ ſuccurſus cum Puella perrexit, viſoque, vt ea Venerabilis Viri Sepulcrum manibus contingeret, magna viuaque fide inſtructa, vt ſanitatem Puellæ impetraret, à Thoma poſtulauit, dataque eleemoſina prò Miſſa poſtridiè celebranda, domum ſe recepit, *in ſequenti verò die duabus antè meridiem horis repente è cubiculo* ad Matrem cum gaudio cucurrit Puella, apertis, claris, atque integris ſanatis oculis, ac ſi nullo vnquam ex illis morbo laboraſſet, neque poſtmodum in eis impedimentum, vel moleſtiam ſenſit.

Hæc probantur ex depoſitione ſuper triginta quatuor in Proceſſu Valentino Marcellæ Excolanæ Matris Infantis 284. Teſtis *fol.* 893. Antonij Matthęi Lizani Patris eiuſdem Infantis 287. Teſtis *fol.*889. Ioannis Baptiſtæ Daqui 288. Teſtis *fol.* 900. Annæ Mariæ Sancho 289. Teſtis *fol.*992. Magdalenæ Beltrau 285. Teſtis *fol.* 895. Fratris Gaſparis Mir Ordinis S. Auguſtini 332. Teſtis *fol.* 979., in quibus euidens narrari Miraculum dubitari non poteſt, cùm ſtatim humanis artibusſanari infirmitas hęc minimè potuerit, maximè cùm per annũ ophthalmia laborauit, quam eſſe difficilis curationis docet Sauanarola *in prax.tract.6.rub.*2.

Ex Bulla Canonizationis *Bullar. Magn. tom.6. pag.*276. *ſub* §. 24. Marcella de Lizania tertium annum agens trimeſtri morbo diſtillationis in pectore affecta, vehementi, & aſſidua tuſſi ità afflicta, vt erumpente è pectore ſanguine cibum ſumere, aùt ſumptum retinere non poſſet, diſtillatione etiam ad eius oculos deſcendente,

re-

remedijs omnibus ad eius curam adhibitis, ſpe ad ſalutem priſtinam redeundi prorsùs deſtituta, ad ſepulcrum Thomæ delata, poſtera die, hora,qua Sacrum pro eius ſanitate celebrabatur, ſanata eſt, & de cubili ſurgens ad Matrem incolumis, quaſi nunquam paſſa fuiſſet ophthalmiæ morbum, clariſſimis oculis feſtina contendit.

*Ex Relatione Beati Iuliani à S. Auguſtino.*

## CAPVT XIV.

### *De Sanatione Infirmitatis oculorum.*

Maria Garzia naturalis Oppidi de los Barrios ætatis annorum 28., adeò oculorum infirmitate laborabat propter continuam effluxionem aquæ ab oculis labentem, vt per duodecim annos nihil penitùs videret. Tranſeunte quadam die Seruo Dei Iuliano per Domum, in qua Maria habitabat, vocatus à Catharina Matre eiuſdem Mariæ, vt ingrederetur Domum, & videret hanc eius filiam Infirmam, ingreſſus Dei Seruus vnam manum impoſuit ſupèr caput, & aliam in fronte, tangendo oculos Mariæ cùm proprio Roſario, & in momento ab infirmitate remanſit ſana. Factum iuſtificant eadem Maria in Teſtem adducta, & examinata *in ordine* 103. *in* 3. *part. Proceſſ. fol.*311., *&* 312., & Catharina eius Mater 105. *eadem part.*3. *Proceſſ. fol.*314. ad interrogata, num remanſiſſet omninò ſana, & amplius fuerit oculorum morbo vexata, reſpondentes, nempè Maria, ab illo inſtanti dolores ei ceſſarunt vſque in hodiernam diem, licèt ex acrimonia humoris ſtatim, vt fuit cùm Roſario tacta à Seruo Dei *nubes quædam in oculo ſiniſtro ſurrexit, quam, & nunc habere, dixit, & modicum cernit*, ſed alter oculus dexter remanſit valdè bonus, nec vlterius paſſa fuit dolores. Et Catharina Mater eadem referendo reſpondit, & confeſtim exiens Dei Seruus, & ipſa Maria ſequuta eum clamans, video, video, & Pater Iulianus me ſanauit. Et miraculum nobis viſum fuit attenta infirmitate continuata per duodecim annos, & recuperatione ſalutis in inſtanti, & modo ſanandi per contactum Roſarij, & in manuum appoſitionem, quæ circumſtantiæ, tam reſpectu operationis in inſtanti, quàm Medici in eorum arte non agnoſcunt, ſed per ſucceſſiuas, & diuerſas naturæ alterationes ſolet conſequi, *Archidiac. in cap. nec mirum* 26. *quæſt.* 5. *num.*6., *&* 8., *Bellam. eodem cap. nec mirum* 5., quam per contactum, & manuum appoſitionem maniſeſtè indicant factum præter naturam, & à ſolo Deo per eius Serui interceſſionem operatum.

*Ex Relatione Canonizationis S. Petri de Alcantara.*

## MIRACVLVM SEXTVM.

*Cecilia Velaſquez per nouem menſes morbum oculorum paſſa, etiam ex illo quaſi cæca, immiſſo capite intra Sepulcrum Serui Dei, quod erat apertum ſtatim recepit viſum, & ſanationem.*

Cecilia Velaſquez ſupradicta Oppidi de Mombeltran laborauit morbo oculorum per nouem menſes *in tantum, quod ferè remanſerat cæca*, & plura remedia applicauit, quæ tamen illi non profuerunt, & accedens quidam Frater S. Franciſci Diſcalceatorum ad Domum ſuam illam conſolatus fuit, & hortatus, vt ſe offerret B. Petro de Alcantara, quem tunc extraxerant ab illius Sepulcro, vt valeret, & infirma intra quatuor dies, etiàm quod ingeret, itaùt iumenta non poſſent aſcendere montem per quem peruenitur ad Monaſterium de Arenas, ad illud ſe contulit deſiderio magno conſequendi ſalutem, & cùm ad Conuentum acceſſiſſet inuenit Sepulchrum iſtius Serui Dei apertum, & magna deuotione erga Sanctum intulit caput intrà dictum Sepulchrum, & in continenti recuperauit viſum, & ſanitatem omnimodam oculorum, itaùt nunquam poſtea in dictam infirmitatem inciderit, & quando hoc depoſuit, tranſierant iam viginti anni poſt ſanitatem recuperatam.

Et iſtud factum, proùt ſupra narratũ, probatur duobus Teſtibus Remiſſorialibus, quorum vnus eſt ipſa Cæcilia 57. Teſtis *Remiſſ. Abulen. fol.*220., quæ deponit, prædictum factum, proùt ſuprà narratur, & ſibimet contigit; Altera verò Teſtis eſt Iſabella Sanchez cognata eiuſdem Cæciliæ 64. Teſtis *Remiſſ. Abulen. fol.*238., quæ de tempore dictæ infirmationis cùm Cæcilia inhabitabat, & deponit de infirmitate, *& quod vidit Cæciliam fere cæcam proficiſci ad dictum Monaſterium*, & eadem die vidit illam ad Domum reuertentem viſu recuperato, & ſanitate ſibi omnino reſtituta. Ex quibus nobis viſum fuit prædictum factum probari, & adſcribendum fore maximo Miraculo, ſtantibus qualitate, & diuturnitate infirmitatis oculorum, *& ſtatu quaſi cæcitatis*, ad quem Patiens pervenerat, & quod remedia applicata nihil contulerant, & attenta deuotione, & fide infirmæ, & acceſſu ad Conuentum, & attenta inſtantanea recuperatione ſalutis, mox vt caput in Sepulchro immiſit, & ex his hoc referendum eſſe ingenti Miraculo tertij gradus iudicauimus.

Ex actis Canonizationis S. Petri de Alcantara, & S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Romæ impreſſis Anno 1669. *pag.*31., Cæcilia Velaſquez Oppidi de Mombeltran oculorum morbo nouem menſium affecta, *& iam penè cæca*, capite vix immiſſo in Petri Sepulchrum perfectè vidit.

*Ex*

*Ex Relatione S. Andreæ Corſini apud Lezanam tom. 4. conſult. prima pag. 33. num. 271.*

Num. 7. *Sanatio à morbo epileptico poſt 4. Annos cum dimidio adhùc viuente ſanata, pro miraculoſa declarata.*

Septimum Miraculum contingit in perſona Eliſabethæ de Cenanella infirmæ febri continua, & morbo comitiali, quo cadebat per quatuor vices in qualibet die cum omni aſperitate, cumque hæc mala portaſſet per triginta menſes nullo adhibito remedio ob ſui paupertatem, quadam die audiens, quod in domum vicinam debebant portari Reliquiæ B. Andreæ prò quadam puella infirma, rogauit, vt poſtea etiam ad ipſam portarentur, & interim toto corde orauit ad Beatum Andream, vt dignaretur pro ea impetrare à Deo ſanitatem, & portatæ fuerunt Reliquiæ ad orantem, & poſitæ ſuper lectulo, ſuper quo iacebat infirma, quæ ſtatim remanſit libera à febri, & morbo comitiali, & ſanata ſurrexit, *& ſic per Annos quatuor cum dimidio, vſque ad examen translatos conſeruata fuit.* Factum ſic, vt ſuprà narratum eſt, deponunt *ipſamet Eliſabetba* 65. Teſtis Dominicus quondam Thomæ eius Maritus 92. Teſtis, Magdalena Nicolai 67. Teſtes omnes de viſu, & præſentia iuxtà 12. factum probatur ex prædicto numero Teſtium, Miraculum ex inſtantanea liberatione à longo morbo præſertim comitiali, & hoc abſque vllo remedio humano, interceſſione Beati, & illius inuocatione, & admotione Reliquiarum.

*Ex Relatione Cardinalis Deti ad Vrbanum VIII. apud Bollandum tom. 2. Ianuarij die 30. pag. 1077.*

Eliſabetha Petri de Cenanella Florentina febri aſſidua, & comitiali morbo miſerè vexata ſpatio triginta menſium, deſtituta ob paupertatem Medicorum, ac medicamentorum ſubſidio, præſentiorem medicinam reperit in B. Antiſtitis ope, cuius catenam ſumma fiducia, ac religione contingens, ex vtroque morbo repentè conualuit.

*Ex Relatione Sancti Caietani Thienæi.*

## OCTAVVM MIRACVLVM.

## *LIBERATIO A MORBO COMITIALI.*

Vienna Muſca Vicentina comitiali morbo per Annos duodecim miſerandum in modum diuexata eſt, ità vt viginti quatuor horarum ſpatio ex eo caderet, ſinguliſque vicibus per binas, ternaſue horas, & quandoque diutius proſtrata conflictaretur, venit ad eam quadam die Religioſus quidam ex Ordine Theatinorum Vicentiæ commorans, qui cum illam non mediocriter ex prædicto morbo afflictam reperiſſet, obtulit ei Imaginem Beati Caietani, exortans, vt ſe ſancto huic Seruo Dei commendaret. Vouit illa ſe quotidiè, poſt quàm è lecto ſurrexiſſet, ante quàm aliud quidpiam aggrederetur, orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam coràm eiuſdem Imagine recitaturam. Cumque Votum hoc emitteret, ſemel iam ea die ex morbo ceciderat, mirandum dictu, Votum illicò ſequuta eſt ſalus, ac à tam atroci morbo libera Mulier perman-

ſit. Accidit vt poſt duos mens quadam die Votum illa per obliuionem non perſolueret, adfuit ſine mora negligentiæ corrector morbus, quo, vt ante Votum conſueuerat, correpta eſt, illa tàm inſigni monitione emendata, ſtatim vt à primo morbi proceſſu deferbuit, Voto ſatisfecit, iterumque à morbo remanſit libera, donec poſt quatuor menſes rurſus Voti oblita idem perſoluere neglexit, ſtatimque præfatus morbus eam inuaſit, ſub cuius initium filia eius, quæ tunc aderat, orationem Dominicalem, Salutationemque Angelicam coràm Caietani Imagine piè prò Matre recitauit, illamque, vt potuit, Beato commendauit, ſtatimque ad ſanitatem mulier redijt abrupta vlteriore afflictionis duratione, deinde ipſa met Voto ſuo ſine dilatione ſatisfecit, neque vnquam poſteà illius eſt oblita, & iugiter à morbo permanſit libera, in qua ſolida, firmaque ſanitate perdurauit.

Concordant in hoc facto quatuor Teſtes *ipſamet Vienna, ſuper art.* 18. *in Proceſs. Vicentin. fol.* 169., Angela filia dictæ Viennæ Teſtis 3. *fol.* 177., Marcus Antonius eiuſdem Viennæ filius Teſtis 5. *fol.* 184., & P. Petrus Campana Clericus Regularis Teſtis 9. *fol.* 234.

Quod ſanatio ſit adſcribenda Miraculo, perſuadet, & euincit diuturna duodecim Annorum infirmitas, ſenectus mulieris, morbi curatio ex *Hypp. ſect.* 2. *aph.* 42., vbi quod impoſſibile eſt fortem ſuprà morbum ſoluere, *Comment. ad Raſim. lib.* 9. *cap.* 9., Paulus Agineta *lib.* 3. *cap.* 18., vbi quod nunquam, aut raró ſanatur; Concurrit recidiua, ex quo Votum non impleuerat, ægritudo, & rem ponit ob oculos inſtantanea liberatio ſemel, & bis poſt emiſſum, & adimpletum Votum obtenta ex citatis in Quarto Miraculo.

*Ex Bulla, ſeù Literis Decretalibus Canonizationis eiuſdem Sancti Caietani Thienæi.*

Duodecim Annos comitiali morbo laborauerat Vienna Muſca Vicentina, ea quidem vi, vt viginti quatuor horarum ſpatio, vel ter miſerabiliter caderet, & miſerabiliùs binas, ternaſque horas ſingulis vicibus ſenſibus deſtituta iaceret. Vouit Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam antè Imaginem Beati ſe quotidiè recitaturam; Votum excepit illicò ſalus, at die quadam poſt duos menſes oblita Votum perſoluere, redijt illico morbus, ſed iterum ceſſit, cum ampliùs memoria non exciderit datam fidem liberare.

*Ex Relatione Canonizationis Sancti Ludouici Bertrandi.*

Oculorum Sanatio.

Num. 8.

*Miracula à Sac. Rota, & à S. Sede approbata non obſtantibus Criſibus ſuperuentis.*

VI. Gaſpar Ramirez Incola Ciuitatis Valentiæ quintum ætatis Annum agens tantam oculorum ægritudinem contraxit, vt videndi facultatem *quaſi penitùs amitteret*, cumque in hunc modum biennio laboraſſet, ingraueſcente ſenſim morbo, oculorum vſu omninò deſtitutus eſt, alteroque biennio elapſo cum à Nouerca moneretur, vt Ludouicum Bertrandum recuperandæ ſanitatis mediatorem inuocaret, & Nouenam apud eius Sepulchrum, vt ibidem fieri aſſolet, celebraret, ad Beati Viri tumulum ſeſe contulit, & quàm po-

potuit feruentiſſimè, vt ſanitatem ſibi à Deo impetraret; rogauit, & nonnullis Nouenæ diebus tranſactis, oculos nouies Beati Bertrandi Sepulchro applicauit, cumque hoc nona vice faceret, oculi illico aperti ſunt, *& ingens aquæ copia ex eis manare cæpit, qua iugiter defluente viſum paulatim recuperans domum ſe cum gaudio contulit, cumque eum, vt oculos aqua abſtergeret, Nouerca admonuiſſet, nolle, reſpondit, confidens Bertrandum abſque illius medicamenti applicatione ſanitatem ſibi impetraturum, ac ad Sepulcrum, vt Nouenam perficeret, reuerſus, clariores ſibi continuò oculos effici animaduertit, adeoàt Nouena peracta, priſtina ſe illorum ſanitate donatum conſpiceret, planè, ac ſi nulla vnquam oculorum morbo laboraſſet.*

Siuè morbus hic oculorum fuerit ſuffuſio, ſiuè offuſcatio, aut debilitas viſus, ſiuè cęcitas, miraculoſam fuiſſe ſanationem dubitari non poſſe cenſuimus, nàm ipſe met Teſtis 228., quia viſum, ſeù viſus claritatem recuperauit, deponit, *ſe parum, aut nihil vidiſſe*, & quod ſibi opus erat duce ad ambulandum; Concordat Teſtis 229., quæ etiam addit, dictum Gaſparem duobus vltimis Annis adeò cęcum fuiſſe, quod in domo, & extra illum ducebant, & Teſtis 230. deponit per hæc verba: Per multos Annos cęcus permanſit, quod minimè videbat, taliter quòd illum ducebant, & ſinè duce mouere ſe non poterat, neque ad aliquam partem ire, & hoc modo illum vidit iſta Teſtis multis Annis; Itaque videtur iu hoc probata cęcitas, *Bart. in leg. mutus num.3. ff. de bonor. poſſ. for. compet., Angel. in §. Cęcus inſtitut., qui Teſtamen. facere poſſ.*, & volunt Doctores, Statutum puniens excęcantem habere locum in eo, qui ità lumen impediuit, quòd non poſſit inde videre lumen, licet oculos non effoderit, *Caſtren. in Leg. binas ædes num. 2. ff. de ſeruitut. Vrban. præd., Bald. ibidem num. primo, Natta conſil.*210. *num. primo*, ſed quia ipſemet Teſtis, qui ſanitatem priſtinam conſequutus eſt deponit, *ſe parum, aut nihil vidiſſe poſtremis duobus Annis*, licèt ſine duce ſe mouere non poſſet.

*Ex Bulla Canonizationis.*

Gaſpar Ramirez cęcus ad tumulum Sancti Nouenam peragens, vltimaque die oculos Sepulchro cum fide applicans *profluuium crocei humoris emiſit ab oculis*, ac ſubitò cęcitatis ſuæ caliginem lætus abſterſit.

*Ex Relatione Canonizationis S. Iſidori Agricolæ.*

## MIRACVLVM SEPTIMVM.

*De Laboranti per tres menſes continuos malignis febribus vomitibus, & ventris profluuio, & à Medicis deſperato, & Sacramentis etiam Extremæ Vntionis receptis, & in articulo mortis conſtituto interceſſione Beati Iſidori, & bibendo de aqua illius fontis repentè ſanato.*

IV. Hylarius Cimbron Notarius, & Incola Matriti in quadam febrim malignam incidit cum vomitibus, & ventris profluuio, ſicque durauit per tres menſes, in quibus Dominus Hernandez Medicus

dicus M. C., & Dominus Ludouicus de Orezon Medicus, & Chirurgus illum viſitarunt, & quàm plurima remedia adhibuerunt, emiſſionis ſanguinis, purgationis, cucurbitarum, fomentationum, cordialium, vnctionum, & infirmitas in tantum deuenerat incrementum, vt nulli penitùs remedio cederet, ſicque infirmus debilitatus, & viribus deſtitutus exiſtebat; Quamobrem Medici ordinarunt miniſtrari illi Sacramenta, & tandèm Extremam Vnctionem, & videntes Infirmi ſtatum Medici quadam nocte illum dereliquerunt deſperatum, cum animo ampliùs ipſum non viſitandi, quia, & Candelam Beatæ Mariæ de Roſario quaſi conſtitutus in articulo mortis incenſam habebat, & eius Pater ipſum ad benè moriendum adiuuabat, Deoque commendabat, quia prædictus Dominus Hermandez dixerat, vix ad tertiam noctis horam peruenire poſſe; Ipſe autem Ægrotus deuotione Beati Iſidori illi ſe ex corde commendauit, & aquam illius fontis bibendam petijt inſtanter, quàm illi Dominus Hernandez denegauit, dicens eſſe craſſam, & quod citiùs illam bibendo moreretur, ſtante ventris profluuio. Poſtquàm autem Medicus receſſit, idem ægrotus perſtitit in petenda dicta aqua, quæ fuit illi miniſtrata per quamdam mulierem illic adſtantem, & continuò proùt illam bibit, Sanctoque Iſidoro ſe commendauit *ſomno fuit correptus, & ſudore per duas horas*, & excitatus à ſomno ſe ipſum inuenit liberum à febre, & infirmitate, adeoùt ſi debilitas permiſiſſet, illicò à lecto ſurgere potuiſſet, & circa mediam noctem dictus Dominus Hernandez, qui Hilario erat vicinus, ſe contulit ad illum videndum, credens iam obijſſe, & illum inuenit cum tanta melioratione, vt valde admiratus remanſerit, & quæſierit, & audierit, quod euenerat, vt ſupra dictum eſt, ſicque firmauit, Miraculum maximum eſſe, & ſequenti die mane alter Medicus Dominus Orezon acceſſit ad eundem Infirmum, quem in dicto ſtatu notabilis meliorationis inuenit, illique fuit renunciatum quid acciderat, & obſtupuit, admirationeque plenus vna cum dicto Hernandez firmauit, illud Matriti acclamarunt, maximè quia poſt hæc nullum aliud remedium naturale Infirmo adhibitum fuerat, & infra octo dies omninò incolumis à lecto ſurrexit.

Quin, & factum prædictum ſic probatum Miraculo adſcribendum fore cenſuimus operatum per Deum Omnipotentem interceſſione Serui ſui Iſidori, cum conſtet de grauitate, & malignitate infirmitatis, & quod durauit per tres menſes, & de remedijs quampluri- mis illi adhibitis, quibus infirmitas cedere nunquàm voluit, & de ſtatu deſperationis ad quem peruenit, itaùt Medici tamquàm omninò moribundum dereliquerint, credentes in illa nocte obiturum, conſiderantesque aquam dicti fontis, quàm bibit iuxtà dictum Medicorum, ſtante ventris profluuio, mortem acceleraturam, & quod poſtquàm illam bibit, & deuotione Beati Iſidori Deo, & illi ſe Infirmus commendauit, *illicò ſomnus, & ſudor ſuperuenerunt*, à quo excitatus repentè ſanus, & à febri, àc dicta infirmitate liberatus fuit repertus, quæ repentina ſanatio coniuncta proximo ſtatui lethali, in quo Infirmus exiſtebat, manifeſtum, inſigneque Miraculum inducit, *Archid. in cap. nec mirum 26. quæſt. 5. num. 8.*, & ibidem *Bellam. num. 3., & 9.*, & hoc non quia natura non poſſit remedia ſimilibus ægrotis præbere, ſed quia non in continenti, & modo, quo

Hila-

Hilarius ſanitatem recuperauit; Vndè quoad modum iſtud factum excedit,ſuperatque omnes vires totius naturæ creatę,ſicque adſcribendum tertio gradui exiſtimauimus ad tradita per *D.Thom. art.8. in corp.verſ.tertio modo*.

*Non obſtare videtur. quod non illicò potuerit Infirmus è lecto ſurgere, quin octo dies priùs tranſierint, quia reſpondetur, non eo minus huiuſmodi ſanitatem repentè recuperatam dici debere, cum malitia infirmitatis, quæ ad articulum mortis Infirmum perduxerat, ſit conſideranda, ab illoque in inſtanti Infirmus fuerit liberatus, quamquàm poſteà antè octauum diem à lecto omninò incolumis ſurgere non valuerit, hoc enim ex accidentibus, nempè ex debilitate maxima à malitia, & diuturnitate infirmitatis cauſata proueniſſe clarum eſt, & prò Miraculo ſufficit inſtantaneà liberatio à malatia infirmitatis,quæ ægrotum mortui deſtinabat,*vt per *Archid., & Bellam.vbi ſupra,Caſtellan.de Canon.Sanct.qu.6.princ.verſ.quæro an ſit neceſſe per tot.*,& pluriès fuit firmatum in alijs Relationibus.

*Ex Relatione facta in Conſiſtorio Secreto, prout pęnès Contilorum de Canon.Sanctor. pag.*750.

Hilarium Cimbron poſt vomitum, & diſſenteriam trium menſium febri mali moris correptus de corporis ſalute penitùs deſperat: Sed dum recepto Sacramento Extremę Vnctionis viam vniuerſæ carnis ingreſſurus putatur, ſolo poculo aquæ fontis Iſidori ad integram ſanitatem reuocatur.

*Ex Relatione Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Serui Dei Nicolai Factor.*

## MIRACVLVM SEPTIMVM, ET OCTAVVM.

*Lethaliter febreſcentem per geminas vices ſanitati reſtituit.*

102. Michael Hieronymus Eſcrina continua febri per menſem ità agriter angebatur, vt aliquando etiam traheretur in phreneſim. Medici celebriores non dubium vitæ pęriculum animaduertentes, ægro ſuadebant, vt terreno præſidio diffiſus cęleſtia tantummodo cogitaret. Quo audito Ioanna Angela Soror, & Cipriana familiaris, in genua procumbentes, fluentibuſque lacrymis auxilium Nicolai implorantes, in hæc verba iunxere preces: Religioſiſſime Pater, quemadmodum tù Valentiam rediens clementiſſimæ Virgini aiebas, non aufugit Domina, qui domum reuertitur, ita Hieronymum in extremo diſcrimine conſtitutum tuis meritis ſerua, vt is in futurum religioſius Deo viuat, & diem feſtum ad tui honorem humiliter celebret, & veneretur. Dicto citiùs *improuiſo ſudore diffuſus æger linteamina, & ceruical madefaciens abacta febri conualuit*, & Serui Dei Tumulum venerabundus inuiſens Votum exoluit.

Ex

*Ex Relatione Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Hieronymi Æmiliani.*

In ſexto Miraculo.

Franciſcus à Porta Chirurgus Mediolani febri maligna, & frenetica tenebatur, & iam vehementiùs malum inualuerat, quod vt à Medicis curari poſſet, qui actum eſſe de Infirmo pronunciauerant, cum certior factus, multos, qui aquam Beati Hieronymi Æmiliani bibiſſent, ſanitatem eſſe conſequutos, vt ea ſibi afferretur, petijt, allata eſt, eamque Infirmus bibit, & rurſum de illa ſibi afferri, poſtulauit, atque eam etiam auſit Hieronymum inuocans emiſſo inſupèr Voto, quo Sepulcrum eius ſe viſitaturum, veſtituque cinericij coloris vſurum, promiſit; *Quibus peractis ſomno correptus eſt, atque à noctis medio, vſque ad Orientem Auroram dormiuit, ſudore vndequaquem effluens*; Poſtquam verò expergefactus eſt omninò ſe à febri liberum eſſe cognouit, Medicique attoniti, & ſtupentes non aliter eum, niſi à mortuis reſurrexiſſet, intuiti ſunt. Ipſe aliquot poſt diebus, recuperatis viribus lectum deſeruit.

REVISA.

*Ioannes Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.*

Digitized by Google

# RELATIO
## Trium Auditorum Rotæ
NEMPE:
## COCCINI, MANZANEDI, ET CAVALERII,
*IN CAVSA*
# BEATI IACOBI DE MARCHIA.

Regularium Ordines quandoquidem ex Sancti Spiritus inſtinctu ſunt inſtituti, vt perfectam Euangelicæ vitæ normam in Eccleſia profiterentur, & Viros nullo tempore Vitæ Sanctimonia præditos, eoſque penè innumerabiles, non ſine magna Catholicæ Fidei gloria pepererunt; hæc virtutum Seminaria conſtituit Deus, vndè, & acerrimè prodirent Eccleſiæ ſuæ Propugnatores, qui acutiſſimos Catholicæ veritatis gladios in impia Hæreticorum Colla diſtringerent, & Sapientiſſimi Præſules, qui velut lucidiſſimæ faces, errantibus ad viam Domini prælucerent, & inuicti Martyres, qui, quo ab inſana Tyrannorum rabie vexarentur acerbiùs, eò generoſiùs (profuſo conſtanter ſanguine) triumpharent. Offert ſe, vt cæterorum Ordinum egregia decora prætereamus, Ordo ille Seraphicus, qui à Sancto Franciſco Aſſiſiate originem trahens, per CDVI. annos tàm eximia ſanctimonia præcelluit, tam præclaris virtutum omnium ornamentis eluxit, vt, qui res ab Alumnis illius egregiè, ſanctèque geſtas perlegat; non vnius Ordinis; ſed Collectas totius Chriſtianæ Reipublicæ Virtutes, diſcere videatur. Neque ſanè mirum eſt, Ordinem hunc ad eum pertigiſſe Diuini amoris gradum, ad eam excreuiſſe ſublimitatem, cum à tam Sancto ſit ornatus principio, cuius, quo ardentior fuit Charitas, eò potentiùs debuit communicari, quo profundior humilitas, eò ſublimiùs exaltari.

Franciſcus humilitatis, & patientiæ ſpeculum, immotæ in Virtutibus conſtantiæ, ac, vt vno omnia complectamur verbo, Vir ad Miraculum pius, adeo Sanctiſſimam Chriſti vitam adamuſſim imitatus eſt, vt nihil in eo ad perfectum Chriſti ſimulacrum hominibus exhibendum deſiderari poſſe videatur; Immò, quod illo potiſſimum eſt, tàm ardenti amore Chriſto Crucifixo coniunctus fuit, vt ab eo ipſa redemptionis noſtræ ſigna, quæ Diuinam illius ergà nos Charitatem ampliſſimè demonſtrarunt; in carne ſua conſpicuis ſtigmatibus expreſſa ſuſceperit.

Ex hac, à tam Sancto deriuata principio, Franciſcana familia præclara illa Virorum lumina prodierunt Antonius Vliſipponenſis de Padua nuncupatus, Bonauentura Cardinalis, Ludouicus Epiſcopus Toloſanus Regiæ ſtirpis, Bernardinus Senenſis, & alij complures, omnes Sanctitate, & Miraculis Illuſtres, & meritò inter Sanctos annumerati, longa etiam ſeries eſt eorum, qui Beatorum titulo decorati ſunt. Longus ordo Martyrum, qui, non in Europa tantùm, ſed in Vniuerſo Orbe Terrarum egregia Franciſcanæ Conſtantiæ documenta præbuerunt; ſed in fœmineo ſexu Seraphici huius Ordinis ſplendor emicuit: Eminent inter cæteros, quæ ſecundum Tertiumue Sancti Franciſci institutum profeſſæ ſunt Sancta Clara Aſſiſia, Beata Agnes eius Soror, & Beata Hortulana Mater, Beata Agnes Bohema Orechi Bohemiæ Regis filia, Beata Solome, Poloniæ Regis filia, Beata Sanctia Roberti Regis Vxor, Beata Blanca Philippi Pulchri Francorum Regis filia Primogenita, Beata Conſtantia neptis Federici Imperatoris, Sancta Eliſabeth Luſitaniæ Regina Aragoniæ Regis filia, & aliæ non paucæ. In Tertio quoque Ordine Beati Patris Franciſci effulſere eximiæ Sanctitatis Viri, quorum quatuor in Sanctorum Cathalogum relati ſunt, Sanctus nimirum Ludouicus Galliarum Rex; Iuo Britannus, Alzearius Comes Ariani, & Eliſabeth Ludouici Langrauij Vxor Hungariæ Regis filia.

Inter tot, ac tanta Seraphicæ Religionis lumina eluxit, Beatiſſime Pater, ſtrenuus Chriſti miles Beatus frater Iacobus Picenus, cuius Cauſa Canonizationis multis ab hinc annis inchoata, ad hæc vſque tempora producta eſt, vt Sanctitas Veſtra poſt plurimos ſuos Prædeceſſores optimè de hoc Ordine meritos, ſuis quoque fauoribus eum proſequatur.

Cùm autem ad Canonizationem Sanctorum Summi Pontifices non ſoleant procedere de plenitudine poteſtatis, ſed præuia probatione ex Teſtibus, & publicis documentis ritè, & rectè abſoluta; Secundum *S. Auguſt. tom. 9. cap. 3. in lib. de pœnit. med. Hoſtienſ. in cap. 1. de Reliq. & Vener. Sanct., Auguſt. de Ançona de poteſt. Eccl. quæſt. 16. art. 1. S. Anton. in ſumm. par. 3. tom. 22. §. primo in princ. Io: Viguer. inſtit. de virt. Fidei cap. 10. §. 3. verſ. 15.*, atque ad hunc effectum, inter cætera, duo maximè requirantur. Alterum videlicet, vt non ſemel, ſed pluries Pontifici denuncietur is, qui pro Sancto colendus ſit; Alterum, vt Pontifex vitam canonizandi examinandam committat.

Idcircò fel. record. Clemens VII. ad ſupplicationem Inuictiſſimi Caroli V. Imperatoris anno 1524. commiſit Archiepiſcopo Tarentino, & Epiſcopis Iſclano, & Maturanen., ac demùm de anno 1525. Epiſcopo Aſculano, ſiuè eius Vicario Generali, & Epiſcopo Camerinen., vt Vitam Venerabilis huius Viri plenè diſcuterent.

Quibus peractis anno 1530. Idem Clemens VII. negocium Paulo Capizucco, & Camillo de Balleonibus Rotæ Auditoribus diſcutiendum commiſit: Quod cum poſteà ad hanc vſque ætatem noſtram prætermiſſum fuerit, illud denuò inchoatum fuit anno 1607., quo ſan. me. Paulus V. dedit in mandatis Sacræ Congregationi Rituum, vt ad vlteriora procederet; Compilatis autem nouis Proceſſibus, rem omnem de more examinandam tribus antiquioribus Rotæ Auditoribus commiſit, quod & Sanctitas Veſtra approbauit, ſubrogando etiam Iacobum Caualerium in locum Reuerendiſſimi Sacrati ad Cardinalatus Dignitatem aſſumpti: eſt enim mos antiquus, vt huiuſmodi relationes

Rotæ

Digitized by Google

Rotæ Auditoribus committantur *Doct. in cap.1. de Reliq.*, *& Vener. Sanct. vbi Hoſtien. num.5. verſ.5. Io: Andr. num.3. Butr. n.5. verſ.5. Troil. de Maluet. de Canoniz. Sanct. cap.36.*

Verum etiam quià tota vis, & ſubſtantia Proceſſuum, ſeù Inquiſitionis; de qua agitur, ex duobus pendere videtur, ex validitate nimirùm, & releuantia. Ideò agemus de validitate probationum, & poſteà de releuantia, niſi priùs conſtet de validitate *cap. præſtat de regul. Iur. in 6.*, & irritus foret labor vlterior, ſi nullius ponderis eſſent probationes *Bald. conſ.344. verſ. non qui vult lib.1.*

# *De validitate Proceſſus Neapoli compilati Auctoritate Clementis VII. Anno 1524.*

Fel. record. Clemens VII. per Breue datum Romæ 15. Ianuarij 1524. ad ſupplicationem Inuictiſſimi Imperatoris Caroli V. commiſit Archiepiſcopo Tarentino, & Epiſcopis Iſclano, & Maturanen., vt generales informationes reciperent, & ſi eis conſtitiſſet, probationes eſſe tales, vt per eas ad ſpecialem Inquiſitionem procedi poſſet, Sede Apoſtolica ampliùs non conſulta, ad ſpecialem Inquiſitionem omninò deuenirent, vt in præfato Proceſſu Neapolitano *fol.1.*, qui quidem Proceſſus non eſt ambigendum, quin ſit in forma probanti, cum fuerit productus coram Paulo Capizucco, & Camillo de Balleonibus Rotæ Auditoribus, quibus hoc idem negocium diſcudiendum dederat Clemens VII., formiterque recognitus, vt habetur in regeſtro coram eis facto. Quod autem ad examinis validitatem attinet, Proceſſus hic duo continet genera probationum, nempè generalium, & ſpecialium, primum extenditur à *fol.1. vſque ad 55.*; ſecundum verò à *fol.55. vſque ad finem.* Quoad primum cenſuimus, Teſtes fuiſſe validè examinatos, exceptis 2., & 9. ex defectu iuramenti, in quo conſiſtit ſubſtantia depoſitionis *l. Ius iur. ff. de Teſt. Oldrad. conſ.209. n.8. verſ. & ſi prædicta ratio, Bald. conſ.96. num.3. lib.1. Imol. conſ.147. num.7.* Dicta autem validitas colligitur, ex quo Iuriſdictio dictorum Iudicum eſt indubitata, cum per Summum Pontificem eis fuerit Commiſſio directa; Ad quem ſolùm huiuſmodi Iudicium ſpectat, ſicuti enim ſolius eſt Chriſti hominem ſanctificare cauſando Sanctitatem, ſecundum illud Leuitici *cap.1. Ego Sanctus ſum Dominus, qui Sanctos facio*; Ità ſolius eſt Papæ, qui eſt Vicarius Chriſti, Hominum Sanctitatem approbare, & cunctis gentibus manifeſtare; Cùm enim ſolus ſit caput totius Eccleſiæ, ità ſolùm ad ipſum pertinet membris Eccleſiæ mandare, vt aliquem pro Sancto publicè venerentur *S. Anton. in Sum. par.3. tit.22. §.5. poſt princ. Auguſt. de Ancona de poteſt. Eccl. quæſt.15. cum ſeq. Io: Viguer. inſtit. de Virt. Fidei cap.10. §.3. verit.15.*

De mandato Procuratoris Cæſareæ Maieſtatis Petri Vlt Marucq. conſtat in eodem Proceſſu *fol.2.*, vbi etiam conſtat de mandato Io: Mariæ Caſamue Procuratoris Ciuitat. Neapolit., qui quidem Procuratores præſentarunt d. Breue præfatis Iudicibus, qui Iuriſdictionem acceptarunt, & ad generalem Inquiſitionem proceſſerunt, Nuntioſque elegerunt Annellum Marrottum, & Antonium de Sacco, qui iurarunt

de fideliter exercendo, & referendo; Quod quidem iuramentum tollit omnem difficultatem circa Articulum illum, an ſufficiat, fuiſſe præſtitum Iuramentum ab initio in ſuſceptione muneris iuxta notata per *Fed. de Sen. conſ.281. per tot. maximè num.2. verſ. ſi autem in Inſtr. Bald. conſ.2. de Iure iur. Gerar. conſil.83. num.10. verſ. tertio modo vſque ad finem*; Teſtes quoque fuerunt citati, ex qua citatione rectè infertur, Teſtem non ſpontè examini ſe obtuliſſe; *Alber. in l. ſi quando num.2. verſ. & dixerunt quidam C. de Teſt.* licèt citatio aliàs non eſſet neceſſaria, cùm non agatur de alicuius præiudicio *Corn. conſil.144. num.5. lib.4. num.13.*, *Caſtellan. de Canon. Sanct. quæſt.8. §. Quæro Ægid. deciſ.671.*; Fuerunt autem à die 27. Maij eiuſdem anni 1524. vſque ad diem vltimam Iulij ſequentis recepti 32. Teſtes, præſtito iuramento, de quo conſtat in eorum examine, non tamen de iuramento ſecundi, & noni Teſtis, quod eſt neceſſarium, vt dictum eſt, & licèt de iuramento horum duorum Teſtium videatur conſtare ex enunciatione Notarij per verba = *Teſtis iuratus* =, tamen iſta aſſertio regulariter non probat Iuramentum Teſtis *Veral. deciſ.123.*, *& 246. par.2.*, *& deciſ.285.*, *& 295. par.3.* & ratio eſt, quià atteſtatur de actu præterito, de quo fortè non fuit rogatus, vt in *dicta deciſ.285.*, *& 295. par.3.*, quæ concluſio procedit, etiamſi Notarius ſubiuxiſſet verba, *tactis ſcripturis*, *Veral. deciſ.246. par.2.*, quià etiam iſta ſunt verba enunciatiua; Cæterùm contrarium putauimus in hac facti ſpecie dicendum, quià cum Teſtes fuerint examinati coram Iudice, præſumitur Iudici fuiſſe præſtitum iuramentum, & ſic atteſtationem Notarij non eſſe de præterito, ſed de Iuramento tunc Iudici præſtito *Bald. in l. Ius iur. num.2. verſ. ſolutio dico ſequitur Salicet. num.4. eodem verſ. ſolutio C. de Teſtibus*, *Mantic. deciſ.352. num.13.*, quo loco aliàs deciſum refert. Hactenus de primo genere probationum.

Quod verò attinet ad ſecundum genus probationum conſtat, quod idem Procurator Cæſaris 29. menſis Auguſti 1525. inſtetit procedi ad ſpecialem Inquiſitionem, vt in eodem Proceſſu *fol.25.*, & dicti Iudices procedi decreuerunt, prout erat neceſſarium, cum hoc iudicium fuerit relictum ipſorum Religioni, ſed antequam vlteriùs in Proceſſus examine progrediamur, videndum eſt, an forma data per Summum Pontificem fuerit ſeruata, quæ eſt de eſſentia, *DD. in cap. prudentiam §. Si verò de off. delegat.*, *Roman. conſ.370. num.10. Ruin. conſil.5.*, *& conſ.12. lib.4.*, *Bart. in l. lecta quæſt.1. ff. ſi cert. petat. Alex. in l.3. ad fin. in princ. ff. eod.*, forma autem eſt huiuſmodi, = & ſi per generalem Inquiſitionem vobis videbitur, & conſtiterit, ſuper quo conſcientiam veſtram oneramus, probationes eſſe tales, vt per eas poſſit ad ſpecialem Inquiſitionem procedi, & deueniri, nobis aliter non conſultis, cum de Doctrina, Fide, & Religione veſtra plurimam in Domino fiduciam habeamus, ad ſpecialem ſuper præmiſſis Inquiſitionem deueniatis, Articuliſque, & Interrogatorijs datis, Promotoreque Fidei adhibito, citatione legitimè præcedente; Teſtium productorum Iuramenta recipiatis, & iuxta Interrogatoriorum, & Articulorum formam examinari diligenter curetis, & eorum dicta in Actis fideliter redigi curetis. Hactenus Breue.

Stante hac Iuriſdictione hoc modo tributa præfati Iudices eadem die 29. Auguſti 1525. elegerunt in Promotorem Fidei Cangranum Canonicum Neapolitanum; & mandarunt cum eo in cauſa procedi, dati fuerunt articuli, & Interrogatoria, ac citatus Promotor Fidei ad viden-

videndum iurare Teſtes, vt patet à *fol.56. vſque ad 75.*, & fuerunt examinati 19. Teſtes, delato eis Iuramento, vt patet à *fol.71. vſque ad 90.*, quos cenſuimus ex rationibus anteà dictis fuiſſe validè examinatos. Sed, cum demortuus fuerit Epiſcopus Tarentinus, idem Clemens VII. ſuffecit Epiſcopum Tropien., qui vna cum alijs Iudicibus recepit alios 24. Teſtes, quos cenſuimus non fuiſſe benè examinatos, cum non fuerint Interrogati ſuper Interrogatorijs generalibus, cum in Breui expreſsè præcipiatur; vt Teſtes examinentur; nedùm ſuper Articulis, ſed etiam ſuper Interrogatorijs ad notata per *Barboſ. conſ.3. num.24., & 25. lib.3. Accoramb. deciſ.49. lib.1.*, eoque magis, cum Interrogatoria generalia concernant qualitatem, & conditionem Teſtium, in quas Iudex tenetur inquirere, & inhabiles ex officio repellere, etiam Parte non opponente, *leg. quos prohibet* ibi = *Etiamſi Aduerſarius eos patiatur poſtulare ff. de Poſtul. Gloſs. in l.1. S. Si Præſes ff. de Magiſtr. conuenti. l. Teſtium fides ff. de Teſtib. in princ.*, quæ, cum executioni demandata non fuerint, meritò dictorum Teſtium nullam rationem habuimus.

# *De Proceſſu Aſculano compilato Anno 1525. ex Auctoritate Clementis VII.*

Idem Pontifex Clemens VII. aliud Breue dedit Romæ ſub die 13. Iulij 1525. Epiſcopo Aſculano, ſiuè eius Vicario Generali, & Epiſcopo Camerinen. cum eiſdem clauſulis, de quibus in alio ſupradicto Breui, cuius vigore duos Proceſſus Epiſcopus Camerinen., & Vicarius Aſculanus generalis confecerunt; Alterum in genere, alterum verò in ſpecie, quos cenſuimus eſſe in forma probanti, cum fuerint ritè recogniti coram eiſdem Capizucco, & Camillo de Balleonibus Iudicibus ab eodem Clemente VII. deputatis. In Proceſſu in genere fuerunt recepti 46. Teſtes, quos cenſuimus fuiſſe rectè examinatos, cum interuenerint omnia neceſſaria; In Proceſſu autèm in ſpecie fuerunt recepti 31. Teſtes, quos omnes, exceptis primo, 2., 8., 9., 15., & 17. cenſuimus non fuiſſe ritè examinatos; Tùm quià illorum depoſitiones videntur potiùs atteſtationes cum Iuramento, quam depoſitiones formitèr factæ; tùm etiam, quià ſuper Interrogatorijs datis à Promotore Fidei legitimè electo iuxtà formam Breuis non fuerunt examinati. Ex quibus colligitur iſtos nullitèr, illos autèm 26. fuiſſe validè examinatos.

Vnum tamèn videbatur facere difficultatem; quià pro Inuictiſſimo Carolo V. Imperatore comparuit Hieronymus Sanctuccius, qui etiam ſubſtituit Felicem Iacobum de Graſſis, vt in eodem *Proceſs. fol.37.*, & tamèn in Proceſſu non conſtat de mandato dicti Sanctuccij, verùm, cum mandatum ex coniecturis probetur *Dec. conſ.36. num.8. in princip. Cæſar de Graſs. deciſ.2. num.5., & 6. de reb. Eccleſ. non alien.* Cenſuimus ex coniecturis ſatis conſtare de mandato; Non enim eſt veriſimile, quod tanti ponderis cauſa abſque legitimo mandato tractaretur; Stante maximè non modica impenſa, quæ in iſtis expeditio

nibus

de fideliter exercendo, & referendo; Quod quidem iuramentum tollit omnem difficultatem circa Articulum illum, an ſufficiat, fuiſſe præſtitum Iuramentum ab initio in ſuſceptione muneris iuxta notata per *Fed. de ſen. conſ.281, per tot. maximè num.2. verſ. ſi autem in Inſtr. Bald. conſ.2. de Iure iur. Gerar. conſil.83. num.10. verſ. tertio modo vſque ad finem*; Teſtes quoque fuerunt citati, ex qua citatione rectè infertur, Teſtem non ſpontè examini ſe obtuliſſe; *Alber. in l. ſi quando num.2. verſ. & dixerunt quidam C. de Teſt.* licèt citatio aliàs non eſſet neceſſaria, cùm non agatur de alicuius præiudicio *Corn. conſil.144. num.5. lib.4. num.13.*, *Caſtellan. de Canon. Sanct. quæſt.8. §. Quæro Egid. deciſ.671.*; Fuerunt autem à die 27. Maij eiuſdem anni 1524. vſque ad diem vltimam Iulij ſequentis recepti 32. Teſtes, præſtito iuramento, de quo conſtat in eorum examine, non tamen de iuramento ſecundi, & noni Teſtis, quod eſt neceſſarium, vt dictum eſt, & licèt de iuramento horum duorum Teſtium videatur conſtare ex enunciatione Notarij per verba = *Teſtis iuratus* =, tamen iſta aſſertio regulariter non probat Iuramentum Teſtis *Veral. deciſ.123., & 246. par.2., & deciſ.285., & 295. par.3.* & ratio eſt, quià atteſtatur de actu præterito, de quo fortè non fuit rogatus, vt in *dicta deciſ.285., & 295. par.3.*, quæ concluſio procedit, etiamſi Notarius ſubiunxiſſet verba, *factis ſcripturis*, *Veral. deciſ.246. par.2.*, quià etiam iſta ſunt verba enunciatiua; Cæterùm contrarium putauimus in hac facti ſpecie dicendum, quià cum Teſtes fuerint examinati coram Iudice, præſumitur Iudici fuiſſe præſtitum iuramentum, & ſic atteſtationem Notarij non eſſe de præterito, ſed de Iuramento tunc Iudici præſtito *Bald. in l. Ius iur. num.2. verſ. ſolutio dico ſequitur Salicet. num.4. eodem verſ. ſolutio C. de Teſtibus, Mantic. deciſ.352. num.13.*, quo loco aliàs deciſum refert. Hactenus de primo genere probationum.

Quod verò attinet ad ſecundum genus probationum conſtat, quod idem Procurator Cæſaris 29. menſis Auguſti 1525. inſtetit procedi ad ſpecialem Inquiſitionem, vt in eodem Proceſſu *fol.25.*, & dicti Iudices procedi decreuerunt, prout erat neceſſarium, cum hoc iudicium fuerit relictum ip ſorum Religioni, ſed antequam vlteriùs in Proceſſus examine progrediamur, videndum eſt, an forma data per Summum Pontificem fuerit ſeruata, quæ eſt de eſſentia, *DD. in cap. prudentiam §. Si verò de off. delegat., Roman. conſ.370. num.10. Ruin. conſil.5., & conſ.12. lib.4., Bart. in l. lecta quæſt.1. ff. ſi cert. petat. Alex. in l.3. ad fin. in princ. ff. eod.*, forma autem eſt huiuſmodi, = & ſi per generalem Inquiſitionem vobis videbitur, & conſtiterit, ſuper quo conſcientiam veſtram oneramus, probationes eſſe tales, vt per eas poſſit ad ſpecialem Inquiſitionem procedi, & deueniri, nobis aliter non conſultis, cum de Doctrina, Fide, & Religione veſtra plurimam in Domino fiduciam habeamus, ad ſpecialem ſuper præmiſſis Inquiſitionem deueniatis, Articuliſque, & Interrogatorijs datis, Promotoreque Fidei adhibito, citatione legitimè præcedente; Teſtium productorum Iuramenta recipiatis, & iuxta Interrogatoriorum, & Articulorum formam examinari diligenter curetis, & eorum dicta in Actis fideliter redigi curetis. Hactenus Breue.

Stante hac Iuriſdictione hoc modo tributa præfati Iudices eadem die 29. Auguſti 1525. elegerunt in Promotorem Fidei Cangranum Canonicum Neapolitanum; & mandarunt cum eo in cauſa procedi; dati fuerunt articuli, & Interrogatoria, ac citatus Promotor Fidei ad viden-

videndum iurare Teſtes, vt patet à *fol.56. vſque ad* 75., & fuerunt examinati 19. Teſtes, delato eis Iuramento, vt patet à *fol.*71. *vſque ad* 90., quos cenſuimus ex rationibus anteà dictis fuiſſe validè examinatos. Sed, cum demortuus fuerit Epiſcopus Tarentinus, idem Clemens VII, ſuffecit Epiſcopum Tropien., qui vna cum alijs Iudicibus recepit alios 24. Teſtes, quos cenſuimus non fuiſſe benè examinatos, cum non fuerint Interrogati ſuper Interrogatorijs generalibus, cum in Breui expreſsè præcipiatur; vt Teſtes examinentur; nedùm ſuper Articulis, ſed etiam ſuper Interrogatorijs ad notata per *Barboſ. conſ.3. num.24., & 25. lib.3. Accoramb. deciſ.*49. *lib.*1., eoque magis, cum Interrogatoria generalia concernant qualitatem, & conditionem Teſtium, in quas Iudex tenetur inquirere, & inhabiles ex officio repellere, etiam Parte non opponente, *leg. quos probibet* ibi = *Etiamſi Aduerſarius eos patiatur poſtulare ff. de Poſtul. Gloſs. in l.1. §. Si Præſes ff. de Magiſtr. conuenct. l. Teſtium fides ff. de Teſtib. in princ.*, quæ, cum executioni demandata non fuerint, meritò dictorum Teſtium nullam rationem habuimus.

# *De Proceſſu Aſculano compilato Anno 1525. ex Auctoritate Clementis VII.*

Idem Pontifex Clemens VII. aliud Breue dedit Romæ ſub die 13. Iulij 1525. Epiſcopo Aſculano, ſiuè eius Vicario Generali, & Epiſcopo Camerinen. cum eiſdem clauſulis, de quibus in alio ſupradicto Breui, cuius vigore duos Proceſſus Epiſcopus Camerinen.; & Vicarius Aſculanus generalis confecerunt; Alterum in genere, alterum verò in ſpecie, quos cenſuimus eſſe in forma probanti, cum fuerint ritè recogniti coram eiſdem Capizucco, & Camillo de Balleonibus Iudicibus ab eodem Clemente VII. deputatis. In Proceſſu in genere fuerunt recepti 46. Teſtes, quos cenſuimus fuiſſe rectè examinatos, cum interuenerint omnia neceſſaria; In Proceſſu autèm in ſpecie fuerunt recepti 31. Teſtes, quos omnes, exceptis primo, 2., 8., 9., 15., & 17. cenſuimus non fuiſſe ritè examinatos; Tùm quià illorum depoſitiones videntur potiùs atteſtationes cum Iuramento, quam depoſitiones formitèr factæ; tùm etiam, quià ſuper Interrogatorijs datis à Promotore Fidei legitimè electo iuxtà formam Breuis non fuerunt examinati. Ex quibus colligitur iſtos nullitèr, illos autèm 26. fuiſſe validè examinatos.

Vnum tamèn videbatur facere difficultatem; quià pro Inuictiſſimo Carolo V. Imperatore comparuit Hieronymus Sanctuccius, qui etiam ſubſtituit Felicem Iacobum de Graſſis, vt in eodem *Proceſs. fol.* 37., & tamèn in Proceſſu non conſtat de mandato dicti Sanctuccij, verùm, cum mandatum ex coniecturis probetur *Dec. conſ.36. num.8. in princip. Cæſar de Graſs. deciſ.2. num.5., & 6. de reb. Eccleſ. non alien.* Cenſuimus ex coniecturis ſatis conſtare de mandato; Non enim eſt veriſimile, quod tanti ponderis cauſa abſque legitimo mandato tractaretur; Stante maximè non modica impenſa, quæ in iſtis expeditio-

nibus

nibus examinis Teſtium eſt neceſſaria, quæ quidèm impenſa eſt po-tiſſima coniectura mandati *Rot. deciſ.1. in fine de Procurat. in nouiſſ. Marant. de Ord. Iudic. par.6. memb.9. num.56.*

# *De ſecundo Proceſſu Aſculano compilato Annis 1608., & 1609. Auctoritate Pauli V.*

Ad noſtra vſque tempora Canonizationis cauſa quieuit,& quando omnia perpetuo ſopita ſilentio videbantur, Diuina prouidentia clar. mem. Philippum III. Hiſpaniarum Regem Catholicum velut alterum Danielem, excitauit, qui apud ſan. mem. Clementem VIII., & ſucceſſiuè Paulum V. inſtitit, vt ad vlteriora in cauſa Canonizationis Venerabilis huius Viri procederetur, cuius verè Catholici, & Religioſiſſimi Principis pijs ſupplicationibus ſan. me. Paulus V. annuens per Breue datum Romæ 17. Octobris 1607. commiſit Congregationi Sacrorum Rituum, vt ad vlteriora procederet in hac Cauſa, quæ quidem Congregatio, accedentibus etiam humillimis ſupplicationibus inclitę Ciuitatis Neapoli, ac totius præclaræ Religionis Fratrum S. Franciſci Minorum de Obſeruantia, dedit litteras remiſſoriales directas Archiepiſcopo Firmano, Epiſcopis Aſculano, & Ripæ Tranſonæ die 4. Septembris Anni 1608., & cum dicti Iudices Inſolidum fuiſſent conſtituti, & ideò vnuſquiſque pro ſe procedere poſſet *l.1.*, *& Auth. hoc itaque C.de duobus Reis*, litteræ fuerunt præſentatæ Epiſcopo Aſculano 27.Septembris 1608., qui debita cum reuerentia illas acceptauit, & plures Teſtes recepit, & Horatius Gratianus Notarius deputatus, qui de omnibus fuit rogatus, dedit Proceſſum in publica forma; Quamobrem negari non poteſt, quin iſte Proceſſus ſit in forma probanti.

In hoc Proceſſu fuerunt recepti 99. Teſtes inducti per legitimum Procuratorem, & quamuis M. Antonius Capograſſus tanquàm Regis, & Ciuitatis Neapolis Procurator ſubſtituerit Fratrem Bartholomæum Cimarellum, & Seraphiuum Orſattum, quod ei facere minimè licait, cum in mandato Regis non haberet hanc facultatem, & de mandato Ciuitatis non conſtet, adhùc nihilominùs Proceſſus ſubſtinetur, & mandato per Procuratorem Generalem Ordinis Minorum de Obſeruantia dato in Perſonam dicti Fratris Bartholomæi, de quo in primo *Proceſſu fol.7. l. de vnoquoque ff. de re Iudic.*

Hos autem Teſtes, exceptis Iufraſcriptis, pro ritè examinatis habuimus, cum fuerint ſeruata, nedum omnia de Iure ſeruanda, ſed etiam præſcripta in Rotulo; deiecimus autem; quià non fuerunt examinati ſuper omnibus Interrogatorijs, 6., 9., 51., & 76., Deiecimus alios, quià non conſtat, eos Iuraſſe, videlicet 4., 13., 20., 22., 30., 40., 42., 69., 83., 85., & 98.

# *De Proceſſu Ripano compilato Annis 1609., & 1610. Auctoritate Pauli V.*

Vigore dicti Breuis Pauli V. fuerunt expeditæ Remiſſoriæ duplicatæ per eamdem Sac. Congregationem eiuſdem tenoris, vt ſuprà narratum eſt, quæ, cum fuerint directæ Archiepiſcopo Firmano, Epiſcopis Aſculano, & Ripæ Tranſonæ inſolidum die 5. Februarij 1609. præſentatæ fuerunt Epiſcopo Ripano, qui illas reuerenter acceptauit, & Teſtes recepit, ac Horatius Gratianus Notarius deputatus dedit authenticam copiam dicti Proceſſus, in quo fuerunt recepti 34. Teſtes, qui omnes fuerunt validè examinati, conſtat enim de mandato Procuratoris, legitima citatione, & alijs præſcriptis in Rotulo.

# *De Proceſſu Neapolitano compilato Annis 1609., & 1610. ex Auctoritate Pauli V.*

Eadem Congregatio Sac. Rituum vigore prædictæ facultatis ſibi conceſſæ à fel. record. Paulo V. ſub die 9. Maij 1609. conceſſit litteras Remiſſoriales directas Epiſcopis Calicen., Nolan., & Viceaquen. inſolidùm coniunctim, & diuiſim, quæ quidem litteræ fuerunt præſentatæ Epiſcopis Nolano, & Viceaquen., qui receperunt Teſtes, ac Proceſſum ſubſcripſerunt, in quo fuerunt recepti 113. Teſtes, qui fuerunt ritè examinati; Conſtat enim de Iuramento, & legitimis Procuratoribus, ac fuerunt ſeruata omnia, quæ in ſubdelegatione continentur.

# *De Proceſsibus Compulſorialibus.*

Prætèr ea, quæ huc vſque dicta ſunt, fuerunt compulſata Iura dictarum Remiſſorialium in Ciuitatibus Neapolitana, & Aſculana, vt in duobus Proceſſibus, quos cenſuimus eſſe in forma probanti. Iura autèm non probare diximus, niſi doceretur de ſufficienti recognitione, de qua, cum numquàm doctum fuerit, nullam dictorum Iurium rationem in hac relatione habuimus, præterquam nonnullorum, quorum originalia nobis oſtenſa fuere.

# *De Virtutibus Theologicis Serui Dei.*

Egimus huc vſque, Beatiſſime Pater, de validitate Proceſſuum; reliquum eſt, vt in eis contenta in ordine ad Canonizationem referamus.

Ad

Ad quem effectum duo principalitèr requiruntur, Sanctitas Vitæ, & operatio Miraculorum *Auguſt. de Ancon. de poteſt. Eccleſ. quæſt. 15. art. 5., & ſeq. S. Anton. in Sum. par. 3. tit. 22. §. 5. in princ., Ioſ. Viguer. Inſtit. de verit. Fidei cap. 10. §. 10. verit. 15. Canoniſt. in cap. 1. de Reliq., & Venerat. Sanctor.*

Et incipiendo à primo, Sanctitas eſt emendatio à peccatis *Rom. 6. 22. nunc autem liberati à peccato Serui autem facti Deo, habentes fructum in Sanctificationem, & 1. Theſſal. 4. non enim vocauit nos Deus in Immunditia, ſed in Sanctificationem*; & ibi ſuperius; *hæc eſt voluntas Dei Sanctificatio noſtra*. Hæc Sanctitas fit per gratiā infuſam, & Charitatem, mentem inhabitat Sanctificator Spiritus. Vndè ſolus ille, vt omnis rnè Sanctus eſt, qui gratiam habet, hoc eſt, gratiam gratum facientē. Quæ tamen ex eo, quod fuerit ſemel habita, non ſufficit ad effectum Canonizationis, niſi adſit finalis perſeuerantia in bono, vt habetur in *Pſalm. 14. Quis requieſcet in Monte Sancto tuo? qui ingreditur ſine macula &c.* vbi per Montem Sanctum intelligitur à multis quies, & firmitas in bono, Sanctum enim idem eſt, quod Grecè dicitur, *Agios* ab *à*, quod eſt *ſinè*, & *gios*, ideſt *Terra*, Vnde dicitur Sanctum, quaſi ſine Terra, ideſt Terrena contagione, & notabilitate *Gabr. Serm. 7. de dedic.*, qui incipit: Domum tuam decet Sanctitudo, quæ Sanctitas, cum non poſſit cognoſci niſi ex Fide informata, Spe, & Charitate, & excellentia vitæ, quæ conſiſtit in operatione circà Virtutes Cardinales, *S. Thom. par. 2. quæſt. 68. art. 8.* ideò in ordine ad prædicta de Virtutibus Theologicis primo loco tractabimus.

# *De Fide.*

Inter decem, & octo Italiæ Prouincias Nobiliſſima eſt Picena Prouincia, nunc Marchia Anconitana dicta, cuius fines à ſeptentrione ſunt Sinus Adriaticus, à meridie Apenninus, ab occidente Iſaurus flumen, nunc folia dictum, ab Oriente autem *Truentus fluuius, Aſculi Mœnia Nobilis Ciuitatis circumlabens*, ad cuius ſiniſtram versùs mediterraneam oram viſitur *Caſtrum, Mons Brandonus* appellatum, in quo Frater Jacobus Ordinis Sancti Franciſci de Obſeruantia de Marchia communitèr appellatus, ex Ruſcio Patre, & Tonna, ſiuè Antonia Matre pijs, & Catholicis Parentibus natus eſt Anno Domini *trecenteſimo nonageſimo primo ſupra milleſimum*, die Dominico, qui propterea in regeneratione Baptiſmi *Dominicus* appellatus eſt; ita Blondus illorum temporum ſcriptor in *Deſcriptione Piceni fol. 335.*, Leander Albertus *in deſcriptione Italiæ fol. 227.*, Frater Marcus Vliſſiponen. Epiſc. Portuen. *in Cronica Fratrum Minorum part. 3. lib. 6. cap. 1.* Fr. Martianus Florentinus in *Hiſtoria Ordinis*, Fr. Rodulphus Tuſſignanus Ordinis Minorum Conuentualium in ſua *Hiſtoria Seraphica lib. 1. in vita B. Iacobi fol. 107.* Ludouicus Cæleſtinus *in vita eiuſdem Beati cap. 1.* Paulus Regius Epiſc. Viceaquen. paritèr *in eius Vita cap. 1.*, & de prædictis deponunt Teſtes in primo Proceſſu Aſculano compilato anno 1526., nempè 6., 9., 15., & 31. *ſuper ſecundo Articulo*, & Teſtis 16. *ſuper tertio* in eodem Proceſſu ſuper Inquiſitione generali; qui Teſtes licèt de publica voce, & fama deponant, tamèn ſatis probant, cum verſemur in antiquis *Aimon. de antiq. temp. cap. an fama fidem faciat num. 2.* vbi de communi, & ceſſat omnis difficultas, cum

ista

iſta fama ex Hiſtorijs corroboretur, *Aimon. loco cit.*, quod autem verſemur in antiquis, ſatis patet, cum tempus antiquum in Teſte dicatur 60. annorum *Puteus deciſ.506. num.2. lib.2. in nou.* Cum autem Teſtes deponant de ijs, quę acciderunt circà natiuitatem Beati Iacobi, certum eſt, tempus longe excedere ætatem 60. Annorum, licèt non excedat à die obitus computan., qui contigit die 28. Nouembris 1476., vt refert Tuſſignanus loco allegato.

Quod autem ad Baptiſmum attinet, licet in ſpecie prædicti Teſtes deponant de publica voce, & fama, qua ſatis probatur, vt ſuprà dictum eſt, attamen ex abundanti non eſt omittendum in caſu noſtro Baptiſmum præſumi, tum quia agitur de Baptiſmo mortui in fide Catholica *Cap. ſi eos, vbi Gloſ. in verſ. contendimus de conſecratione diſtinct. 4. Gloſ. in cap. Præsbiteri in voc. conſecrentur in fine diſtint. 68.* Caſtellin. *de Canon. Sanct. quæſt. 4. princ. §. Quæ pro iunta præmiſſa*, tùm etiam quia Beatus Iacobus natus eſt ex Parentibus Chriſtianis, & Catholicis inter Catholicos *cap. veniens in fin. de præbit. non baptiz.* Quod dictum Franciſcus Pauin. Rotæ Auditor in Relatione Sancti Bonauenturæ in *octaua quæſt.* extendit ad confirmationis Sacramentum, quod etiam priùs extenderat ad Ordines Hoſtien. in *Summ. de Præbit. non baptiz. verſ. ſed ſi quis*; Tùm denique, vt ex mox dicendis apparebit, conſtat de Sanctitate Vitę, & Miraculis, necnon Confeſſione Nominis Chriſti, & eius fide, ex quibus Baptiſmo Flaminis intelligitur Baptizzatus *cap. 2. de Præbit. non baptiz.* Iacob. Caſtell. loco citato.

Nequè hic omittenda ſunt duo præclariſſima, quæ Deus Opt. Max. ad futuram Beati Iacobi Sanctitatem prænotandam operatus eſt; Alterum antè Natiuitatem, alterum in ipſa Natiuitate.

Quod attinet ad primum. Cum Antonia Beati Iacobi Mater multorum Menſium grauida extra oppidum, ſeu Terram, cum alijs Mulieribus reperiretur, quià milites aduentabant, datus eſt Campanæ ſonus, quo omnes admonebantur, vt ſe intrà Oppidum reciperent; Mulieres quæ cum Antonia morabantur, ſtatim itèr, concitato greſſu, Oppidum verſus arripuerunt; Antonia interno fatigata pondere, pari paſſu cum alijs iter proſequi haud poterat; Qua de Cauſa, cum perterrefacta conſiſteret; Beatus Iacobus protulit hæc verba in ventre illius exiſtens; *Mea Mater noli timere, nulla enim tibi moleſtia inferetur*, audita fuit hæc vox à vicinis Mulieribus, & quià timor vrgebat, parum de ea tunc temporis cogitarunt; Poſtmodùm verò, cum Puer lucem aſpexit, loquutum illum fuiſſe in ventre Matris, affirmarunt, & prò miraculo propalarunt; Et de hac re tantam publicam eſſe vocem, & famam, vt de auditu à maioribus, & maiores à maioribus eam audiuiſſe dicunt in Proceſſu Ripanò ſuper 3. *art.* 5. 6. 9. 10., & 12. Teſtes, & ſcriptum reliquere Epiſcopus Portuen., & Ludouicus Caſtellini locis præcitatis. Hæc nimirùm; Nàm cum nullus ignoret, omnem Paruulum materno ex vtero prodeuntem inter ipſa lucis exordia mæſtis conerepare vagitibus, imbecillitatem fletibus, & eiulatibus teſtari. Quod Iacobus, antè primæ lucis exordia Ducis fortiſſimi partes egerit, & articulata voce, intrà Matris viſcera, Matrem ipſam mætu liberaret, non naturæ Viribus, ſed Miraculo adſcribendum eſt, quemadmodùm etiam Miraculo adſcribitur illud Sancti Ioannis Baptiſtæ, qui, vt ſalutationem audiuit dictam à Maria Matri ſuæ Eliſabeth, exultauit in vtero eius *Luc. cap. 1.* An autem hoc do-

num fuerit collatum Beato Iacobo per modum paſſionis tranſitoriæ; An per modum doni permanentis, hoc eſt, an ex tunc perſeuerauerit in accelerato mentis vſu, incertum videtur, prout dicit Caiet. *in Lucam d. cap.* 10. de S. Ioanne Baptiſta: Licet Baradas loco infrà allegando affirmet, hanc gratiam fuiſſe S. Ioanni Baptiſtæ collatam per modum doni permanentis ex rationibus per eum ponderatis; Sed hoc omiſſo conueniunt, S. Ioannem habuiſſe dictum donum cum vſu rationis, quod etiam dicendum videtur de Beato Iacobo, cum hoc indicet, ait Caiet. ratio Spiritus Sancti; Nam Spiritus Sanctus primò, & directè reſpicit mentem, & per diffuſionem partem ſenſitiuam, ac per hoc non priùs eſt cauſata loquela in parte ſenſitiua, ſicut nec in Beato Ioanne lętitia, vt more pecundis vocem proferret, quàm in parte intellectiua, ex quà prodierunt verba. Hæc Caietanus. Et fuit Sententia Sanctorum Patrum, quos allegat Baradas in concordiam, & Hiſtoriam Euangelicam *tom. 1. lib. 7. cap. 12. in verſ. exultauit in gaudio.*

Alterùm verò, quod in ipſa Venerabilis huius Viri contigit Natiuitate, fuit repentinus, quaſi è Cęlo dilapſus ſplendor, qui totum obberrans cubiculum, in quo tùm demùm Sanctus Puer ad Deum potiùs, quàm ad huiuſce lucis vſuram prodibat, illud adeò inſolita, & Cęleſti omninò luce irradiauit, vt aliqua Angelorum Acies eo lapſa, nouo naſcenti Angelo applaudere videretur, vt ſcriptis tradiderunt Idem Epiſcopus Portuen., & Cæleſtinus, & deponunt de publica voce, & fama & de auditu à maioribus in eodem Proceſſu Ripano ſuper *eodem 3. articulo 1. 2., & 3., & 5.*, Teſtes; ſic Sancti Dominici, aliorumque Sanctorum, & nouiſſimè S. Caroli futuram Sanctitatem Altiſſimus iudicauit.

Cùm verò ſeptem iàm annos Iacobus natus eſſet, à Parentibus pio Sacerdoti in Caſtro Offidæ erudiendus traditur, cumque prima litterarum ibi erudimenta, quantum ætas illa patiebatur, attigiſſet, *Aſculum* miſſus eſt humanioribus litteris operam nauaturus, quibus imbutus Peruſiam ad ſolidiora ſtudia ſe confert, vbi ità ſe geſſit, vt breui tempore in illis conſpicuus euaſerit. Creſcente verò ætate, fides etiam ipſa augebatur. Dùm enim Peruſij moraretur, animo reuoluens dictum illud Abbatis Euagrij, mundanam ſcilicet eruditionem eſſe virtutis retardationem, vix attingens 20. ætatis an., Religionem Cartuſianorum profiteri conſtituit: Qua propter Cęnobij illius Priorem adijt, qui, poſt quam multa ſuper Religione ab eo eſſet percunctatus, totumque propterea Iuuenis animum perſpexiſſet, eum hortatus eſt, vt in ſancto, quod tanto tempore in eius animum fixum hærebat, conſilio perſeueraret; Sed cum Deus Opt. Max. de Iacobo alitèr diſpoſuiſſet, nec Virum contemplationi tantum, ſed etiam operationi elegiſſet, factum eſt, vt modico interiecto tempore, cum Patriam repetens per Vmbriam iter faceret, Celebrem Eccleſiam, ac Venerabile Monaſterium Beatę Marię de Angelis inuiſeret, ibique pias ad Deum preces effunderet, tanquam alter Aaron à Deo vocatus Seraphici Sancti Franciſci Ordinem ſit ingreſſus, & vt fertur, in Choro habitum ſuſceperit, atque ad locum ſuprà Ciuitatem Aſſiſij in Decliuio Montis ſubaſij, quem Carceris appellant, miſſus fuerit ad annum probationis peragendum, & cum oporteat, vt aiebat Abbas Ioannes, eos, qui ſæculo renunciant ad Dominum omni cum reuerentia, & mætu accedere, & ità in eum librare mentis intuitum, vt ſuper omnia, quæ

mens

mens hnmana concipere poſſet, eum eſſe ſentiat ſemper. Hoc autem planè fiet, ſi pura mens fuerit, nec vllis prauæ voluntatis ſordibus occupata; Eſt enim ſcriptum. Vacate, & recognoſcite, quoniam Ego ſum Deus; Si qnis enim cognoſcit Deum, quoad Homini poſſibile eſt, tunc demùm reliquorum, quæ ſunt ſcientiam capiet, & myſteria Dei agnoſcet, & quanto purior mens fuerit, tanto plura ei reuelat Deus, & oſtendit illi ſecreta ſua. Hinc Seruus Dei Iacobus ſuſcepit Regularis Obſeruantiæ S. Franciſci habitum, quem geſtaſſe deponunt in primo Proceſſu Aſculano ſuper 3. *Teſtes* 8., *&* 9., qui præterea deponunt de auditu, eum aſſumpſiſſe habitum in præfata Eccleſia Beatæ Mariæ de Angelis, ſub quo ſumma Sanctæ illius Regulæ cum obſeruantia vixit, ac in orando ſeſe aſſiduè exercens, annum probationis ſanctiſſime peregit, quo quidem abſoluto in eadem Beatæ Mariæ Eccleſia ſolemnia vota emiſit, ac poſt triennium ad Sacerdotium promotus eſt, quo inſignitus, ſingula quaque die, Miſſæ Sacrificium Deo obtulit, vt deponunt Teſtes *in primo Proceſſu Aſculano ſuper* 5., *& ſeqq. S. Et* 8., *& in primo Proceſſu Neapolitano ſuper* 10. *quatenus*, & 4. munus deindè prædicationis ſuſcepit, de quo munere ſic ait Flauianus Conſtantinopolitanus Epiſcopus in Epiſtola ad Leonem Papam huius nominis primum, quæ habetur in præambulis Concilij Calcedonenſis: *Pietate, & recta prædicatione verbi veritatis, nihil honorabilius Sacerdotibus, omnis enim noſtra ſpes, atque ſalus, & retributio promiſſorum bonorum in his eſt*. Ità Tuſſignanus, & Epiſc. Portuen. locis ſupra citatis, Epiſc. Vicoequen *in Vita B. Iacobi cap.* 2. & Cęleſtinus pariter *in eius vita cap.* 2.

Et quia, vt dicit *S. Hieron. in Epiſt. ad Paulinum*. Præsbyterum de omnibus Diuinæ Hiſtoriæ libris ſancta ruſticitas ſolùm ſibi prodeſt, & quantum ædificat ex vitæ merito Eccleſiam Chriſti, tantum nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtat; Idcircò ſtrenuus Dei miles Iacobus ſuſceptum munus prædicationis ſpatio ferè 40. Annorum magna cum laude obiuit, vbique verbum Dei magno cum ardore, vt ſe occaſio obtuliſſet, Auditorum animis inſerens, quod tanta vi præſtabat, vt, ſi ſęculares Homines, ſi concionaretur, non adeſſent, totum id tempus Concionibus ad ipſos fratres habendis impenderet; erant illius verba efficaciſſima, & interna mentis Arcana penetrabant, erant Spiritu Sancto plena. Duodecim Annos extrà Italiam Concionatus eſt; Cum verò in Pannoniam perueniſſet, & vernaculam eius Regionis linguam ignoraret, per Interpetrem euangelizauit. Nec mediocrem apud omnes gratiam iniit; ſummaque Populi frequentia auditus eſt. Ità Rodulphus Tuſſignanus Epiſcopus Sanctæ Agathæ primum, & deindè Senogallien. in Hiſtoria Seraphica in vita eiuſdem Beati, Epiſcopus Portuen. in Cronica Sancti Franciſci *tom.3. lib.6. cap.3.*, Cœleſtin. in eius vita *cap.3.* Epiſcop. Vicoequen. in dictà eius vita *cap.2.*, & Blondus, loco ſupra allegato, appellat illũ *eloquentiſſimum verbi Diuini Præconem*, quo etiam nomine ipſum celebrat Frater Leander Albertus, vbi ſupra, & Bonifacius, loco ante citato, loquens de Beato Seruo Dei Iacobo, & de Beato Ioanne de Capiſtrano, affirmat, ipſos languentem iam timorem, Cultumque Diuinum inſtauraſſe, & Teſtes in primo Proceſſu Aſculano deponunt, Venerabilem hunc virum fuiſſe acerrimum verbi Dei Concionatorem, ac ſe illum vidiſſe, & concionantem audiniſſe in Ciuitate Aſculana, in Oppido Montis Brandoni, in Ciuitate Neapolitana, & alibi, ita

*ſuper 9. Teſtis 9.*, & ſupèr Inquiſitione generali *ſuper 6., & ſeqq. Teſtis 18.*, qui deponit de auditu, Conciones habuiſſe in Ciuitate Aſculana in Platea Arringhi, quæ, vt aliquis noſtrum vidit, eſt antè Eccleſiam Cathedralem dictæ Ciuitatis, in qua ad valuas Palatii viſuntur reliquiæ Pulpiti marmorei, ex quo, vt fertur, B. Iacobus concionatus eſt, vt deponunt de viſione Pulpiti, & Concionibus habitis de auditu Teſtes *in 2. Proceſſu Aſculano* 41., & 42. *ſuper* 32.

Hanc veram, conſtantemque S. Viri fidem perſpexit ſan. mem. Eugenius IV., quando eum in Inquiſitorem hæreticæ prauitatis in Regnis Pannoniæ, & Auſtriæ deputauit, vt patet ex authentico diplomate *Dato Bononiæ 11. Kal. Septembris Anno* 1436. *Pontificatus 6.*, & fel. record. Martinus V. nominauit illum Concionatorem in Italia contrà Hæreſes, & præſertim Fraticellorum, vt in litteris Authenticis eiuſdem Summi Pontificis, *Datum Romæ apud SS. Apoſtolos V. Idus Octobris Anno IX. Pontificatus*, cuius Breuis narratiua ita ſe habet.

*Exhibita nobis nuper pro parte tua petitio, continebat, quod zelo Deuotionis accenſus ad augumentum fidei Orthodoxæ, & ſalutem Animarum deſideras, quaſdam hæreſes, & errores, in quibuſuis Italiæ partibus pullulantes, & præſertim illam, quæ Fraticellorum de opinione vulgariter appellatur, quantum tibi poſſibile fuerit, prædicatione verbi Dei, Diuina gratia ſuffragante extirpare, & prædicando ipſum verbum deuiantes à via veritatis ad iter rectum, quod ducit ad vitam reducere &c.*, & infra. *Nos itaque cupientes, quod noſtris temporibus Hæreſes extirpentur, & ſalus Animarum procuretur, & pax Chriſti intèr fideles creſcat, & augeatur, huiuſmodi ſupplicationibus, Tibi, qui ſicut accepimus, prædicando huiuſmodi verbum in noſtra Prouincia Marchiæ Anconitanæ, nonnullas huiuſmodi hæreſes, & errores ibidem tunc vigentes, & eamdem, quæ vulgaritèr, vt præfertur, Fratilcelorum de opinione nuncupatur, eadem Diuina gratia cooperante extirpaſti, nec non multos vtriuſque ſexus Homines Hæreſibus, & erroribus inuolutos ad d. viam veritatis reduxiſſe, prædicando verbum huiuſmodi in omnibus Italiæ Partibus, ac hære-ſes, & errores prædictos extirpandi, nec non omnia, & ſingula præmiſſa faciendi auctoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus.*

Ex quibus dubitari nequit, quin firma fides, & ardentiſſima Charitas Beati Viri clariſſimè demonſtretur. Peſſima enim fuit huiuſmodi hæreſis, cuius Auctor fuit quidam Hermanus Patria Italus, cuius Corpus apud Ferrariam 20. Annis ſepulrum, vbi pro Diuo quodam hic colebatur, preel. me. Bonifacius VIII. circa Annum Domini 1257. ſub Adolpho Cæſare Germano diligenti, & accurata priùs habita inquiſitione, exhumari fecit, & in cineres redigi,

Nec tamen ab hoc extirpari valuit hæreſis illa, quam illius Sectatores iuſtam appellabant, & addebant, nec Bonifacium, nec quemquam ex ſuis Succeſſoribus iure, & ordine creatum eſſe Pontificem: quapropter clam, conuenticulis initis, Summis Pontificibus aduerſari cæperunt, quamquam magis Luxuriæ ſibi deniquè blandimenta ſequi viderentur, quam Iuris Pontificii quatere fundamenta: Habemus de his peſſimis Hæreticis Extranag. *Ioannis Papæ XXII. incip. Sanct. Rom.* vbi iſtos vulgariter dici Fraticellos, ſeù Fratres de paupere vita Bizocchios, ſeù Beguinos, vel aliis nominibus, qui contrà Canones habitum nouæ Religionis ſumpſerunt; vndè Dei gratia apparet, iſtos Fraticellos extinctos fuiſſe.

Et denique apertiſſimè corroboratur probatio fidei iſtius præclariſſimi

viri

Viri ex miraculis, quibus eum viuentem Deus Opt. Max. clareſcere voluit, de quibus infrà ſuo loco. Neque tamen hic omittendum duximus, quod non modica viſum conſideratione dignum ex grauitate Auctoris id narrantis. Bonfinius in Hiſtoria Hungarica de eadem *lib.* 8. *in princ.* vbi ſic habet. *Vrbs igitur ſcilicet Conſtantinopolitana CCCCLIII. ſalutis Anno ſupra milleſimum exacto Romano Imperio, non ſine Chriſtianæ Reipublicæ luctu barbarum, & inhumanum Imperium ſubiuit, ad Conſtantinopolitani excidii Nuncium omnium Infidelium animi conſternuntur, & præcipuè finitimorum, qui inſtantem propiùs ruinam intuebantur. Nicolaus V. Pontifex Max. ſtudiorum Parens, & Catholicę Plebis Paſtor pientiſſimus, cum Pannoniis admodum, myſyſque timeret, quibus amiſſis, iam de Chriſtiana Republica actum eſſe videbatur; Sacroſanctę militiæ ſaluberrimum promulgauit ædictum, quo quidem omnes, qui Sanctiſſimę Crucis Teſſeram in Turcas vltrò ſumerent, gratuitaque ſtipendia facerent, integra delictorum omnium impunitate donauit, & Ioannem Capiſtranum è Samnitibus editum, &* Diui *Franciſci Sacris initiatum: Prętereà virum Sanctiſſimum, & ad excitandos ad id Populos dicendi copia, & vitę probitate nimis Idoneum in Alemanos, Hungaros, Polonos miſerat, qui ad ſalutarem expeditionem Sacris declamationibus Homines hortaretur. Hic ne minori quidem Sanctitate prędictum Iacobum Picentem eiuſdem Collegii Sacerdotem ſibi in ſocium adjciuit, qui in Sacra Peregrinatione Padum ambo traiicere vellent, & à Portitore pertinaciſſimo repellerentur, quia interdicta è diuo* Dogmate *pecunia carerent, quam pro naulo darent, indiffuſum ſuper vndas Pallium cum Comitibus conſedere & velut quędam Naufragii Tabula ad Ripam alteram, non ſine auari Portitoris ſtupore, Diuina ope, tuti tranſlati ſunt.* Hactenus Bonfinius. Hoc etiam mirabile factum narrat Auctor Thearri vitæ humanæ *vol.* 5. *lib.* 4. *fol.* 1517. ſcilicet Auctorem damnatæ memoriæ non reſpicientem miraculum Catholici in medium proferre, ſic Ioannes Epiſcopus Bergomen. ſub Ariperto Rege Longobardorum, cum aliquandò Mediolano Bergamum ſe referret, Abdriam Amnem, ſiccis pedibus pertranſiit, vt refert *Sigon. lib.* 2. *Regn. Ital.* ſic Maurus Romanus, Diui Benedicti Diſcipulus, miſſus in Gallias ad inſtituendos Monachos, ſuper aquas ambulauit Puero ſubmerſo opem laturus S. *Gregor. lib.* 2. *Dialog. C.* 7. & Vincen. *lib.* 21., *Iuo*, & *Martinus Polinus*, ſic Nazarius, & Celſus Martyres in mare pręcipites dati ſuper vndas ambularunt, vt refert Diuus *Marul. lib. cap.* 3. ſic Fantinus Siracuſanus Balſamum Dominum fugiens iratum, præmiſſa oratione Metabrum Flumen virga diuiſit, & ſiccis pedibus tranſiit, vt idem Marulus *refert lib.* 2. *cap.* 2., ſic denique Franciſcus de Paula Inſtitutor Ordinis Minimorum, & Raymundus ordinis S. Dominici, Pallio, loco Cymbæ fretum tranſiere.

Tandèm firma Fides huius Venerabilis Viri perſpicuè demonſtratur, vel Marci auctoritate, qui *Cap.* 16., *ſigna autèm, inquit, eorum qui crediderint, hæc ſequentur: in Nomine meo Dæmonia eiicient, Linguis loquentur nouis, Serpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit, ſupèr Ægros manus imponent, & benè habebunt.* At Sanctus Vir ſæpè ſæpiùs Dæmonia eiiciebat è Corporibus humanis, vt probant de viſu *ſuper* 16., & in primo Proceſſu Aſculano 2., & 9. *Teſtes*, & de auditu à Fratre Venantio Socio Beati Patris deponit in Primo Proceſſu Neapolitano *ſuper* 16. *Primus Teſtis*, & vt refert Epiſc. Vicoequen. in eius Vita *Cap.* 7., & Thomas Bozius *de Sig. Eccleſ. lib.* 7. *ſig.* 35. *C.* 1. Cum

in

in Bohemia ei venenum eſſet propinatum, illud ſine aliqua ſui læſione ſumpſit.

## De Spe.

Ambigi profectò non poteſt, ſtrenuum hunc Dei Militem firma Spe fuiſſe prædictum, cum poſtpoſitis Mundi delicijs, àc fugatis ipſius blandimentis, veram felicitatis viam ſectaturus, Religioſum Vitæ Inſtitutum ſit amplexus eſt enim Spes, certa expectatio futuræ Beatitudinis, vt docet Mag. *in 3. Sent, Cap. 26.* S. Io: Chriſoſt. *in Epiſt. prima ad Chorynt.*, nec itèm dubitari poteſt, quìn impleuerit præceptum Diuinum, de quo *in Pſalm. 36. ſpera in Domino, & fac bonitatem*; In Deo enim hic Dei Seruus ſperando bonitatem fecit, cùm, vt ſuprà dictum eſt de Fide, prò viribus curauit, vt hæreſes extirparet; Nèc hìs contentus, alacritèr prò Vinea Domini laborauerit, ſperauit inſupèr, cùm Ordinis Inſtitutum amplexus eſt, & aſperam, àc tenuem Vitam duxit, ſcilicèt, vt conſequeretur æternam, quod ex tota relatione manifeſtiſſimè deprehenditur.

## De Charitate in Deum, & Proximum.

Mortuo Sigiſmundo Imperatore Hungariæ Rege ad Alberti Auſtriaci Coronationem læua ruda ſeditio orta dicitur; Nàm, cum Ciuitas ex Hungarica, Alemanicaque Gente conſtaret, ob morum diſſimilitudinem, contrariaque ſtudia, grauibus intèr ſe factionibus, laborabat. Hìnc intèr eos antiqua conditio fuit, vt ynum ex Hungarica, & Alemanica Prætorem Vrbanum alterius annis crearent, quem Iudicem appellabant, rata, & firma fuit intèr eos iſta conſuetudo, quæ Sacræ Sanctionis loco habebatur. Alemani, quando arte, vrbanitate, opibus, & calliditate plùs poterant, ſæpè infenſam ſibi Gentem Prætura priuare ſtuduerunt. Itaquè Alemani de abroganda Genti Prætura conſilia ineunt. Erat in Vrbe Canis Hungarorum Princeps Io. Euchues, qui nèc publicè, nèc priuatìm ſuæ Nationis dignitatem quoquomodo lædi patiebatur. Hunc igitur ſub, prætextu criminis, Germani cæperunt, & in ſuis Ædibus varijs cruciatibus eneçtum, euleoque intutum, alligato gutturi lapide in Danubium clàm demerſerunt. Octo circitèr dies facinus tale delituit, mox Cadauer emerſit, ac Ripis ab vnda expoſitum clandeſtinum ſcelus indicauit, cùm plurima vulnera, & Stygmata circumferret. Id ab Alemanis factum eſſe, vulgus repentè conicijt: quod, his Eutheum olim infenſam nimis eſſe cognouerat, eo tempore Regis gratia multam Nobilitatis Hungaricę rudam fortem confluxerat. Deprehenſo facinore, tumultus in Vrbe ab Hungaris excitatur, atque ingens mox oborta ſeditio, Vngari Theutones in Domibus obſident, & pugnant nulli ſexui, nulli ætati parcunt.

Euangelizabat eo tempore Seruus Dei Iacobus, vt referunt Hiſtorici mox allegandi, Doctrina Litterarum, & Vitæ Sanctimonia, vbique conſpicuus, Albertus Rex Venerabilem hunc Virum ad componendos

dos motus mittit, cùm ipſe furori Populi ſe committere non auderet. Iacobus Chriſti Miles ſtrenuus veterum Patrum mores non oblitus, qui diabolicas inſidias Crucis ſigno excitabant, ſic Antonius, ſic Arſion, ſic Dorotheus, ſic Euagrius, & Texenti Simulacrum Saluatoris Crucifixi manù geſtans, nihil timens furenti, armatoque Populo obuiam factus, vt tantæ parcant ſtragi, & rapinis abſtineant, vt arma deponant, ſupplex exorat. Oh'ardentem Viri Charitatem? Barbaris furentibus, cædemque ſpirantibus, ſeſe, vt Proximum ſaluaret, vltrò offerebat. Tanto furore æſtuabat Populus, adeò in inſaniam ierat, vt intèr frequentes clamores, intèr ingruentes Vrbis infeliciſſimæ ruinas, tantoſque intèr Mulierum eiulatus, àc tam ingentes morientium lamentationes, vox Serui Dei Iacobi nullo pacto exaudiretur. Ille tamèn adhùc in Domino confidens, & ob tantum, quod præ oculis habebat excidium, nequicqnam perterritus, contra prædabundum, àc ferocientem Populum audentior ibat, vt non ſolùm nimis elatos Populi motus frangeret, àc debilitaret ſed, vt eos omninò cohiberet; Quaproptèr factum eſt, vt illi nimio furore, àc inſania ſuccenſi, Seruum Dei, & Crucifixum, quem ille præ manibus geſtabat, in vlnis ſublimem tollerent vnanimitèr quaſi boni omnis loco Chriſtum ſuis cæptis Ducem habituri, àc ità bacchati per Vrbem, nùnc iſtam, nùnc illam compilant Domum: fiunt tamèn aliquo minora ſpolia; & à cædibus temperatum eſt ob præſentiam Iacobi, qui inuictus modò precibus, modò lacrymis furore incenſæ Plebis connitebatur. Hæc Æneas Syluius *C. 1. Europæ*, cuius teſtimonio multum tribuendum, cùm is per id temporis eſſet Regi Romanorum à ſecretis, vt refert Platina *in Vita Nicolai V.*; accedit Syluius bonfillius *Decad. 3. lib. 4. fol.* 410., & ex recentioribus Rodulphus Tuſſignanus; Cæleſt. Epiſc. Portuen. locis infrà allegan.. qui, vt dictum eſt, à Fratribus Mariano, & Venantio Beati Iacobi Socio, hiſtoriam deſumpſerunt.

Tanta prætereà fuit Venerabilis Viri in Deum, & Proximum Charitas, vt extirpationem Infidelium non obſtaret modò, ſed illam enixè quæreret, ac totis Viribus procuraret, & potiſſimum de Turcarum extirpatione ab eo ſollicitè procurata teſtatur Bonfinius, loco proximè allegato; Sic enim ait; *Cum Ioannes Coruinus Diuina Charitate ſuccenſus ad exhibendum Ladislao obſequium Viennam profectus, Capiſtrani, Iacobique Sanctitatem perguſtaſſet, & inferendum Turci Bellum ab his, veluti Ducum Interpretibus inflammarentur, compoſitis ibi rebus, ambos in Hungariam ſecùm adduxit.* Reuerſus Venerabilis hic Vir in Italiam, cùm aliquandò Mediolani in feſto Sanctæ Mariæ Magdalenæ impudicas Mulieres ad concionem vocaſſet, eas à deuio perditionis tramite ad rectam ſalutis viam, inſigni in Poſteros exemplo, traduxit; ſiquidèm ex tribus Ducatorum millibus per eum loco Eleemoſynæ coactis, Domum prò dictis Mulieribus conſtruendam enixè curauit, quæ hodiè quoque non parùm aucta viſitur. Ità Tuſſignanus loco allegato, Cæleſt. *in eius Vita Cap. 12. cum pluribus ſeqq.*, & in ſpecie de conuerſione dictarum Mulierum, & earum Domus conſtructione Epiſcopus Portuen. *in Chronica part. 3. lib.* *. Cap. 9.* poſt Fratres Marianum, & Vincentium. Quamobrèm, ſi laudatur Vitalius Vir Dei, vt legitur in Vita S. Ioannis Eleemoſynarij, qui emebat Noctes à Meretricibus, nè fornicarentur; Quantò maiori laude dignus eſt hic Dei

Seruus,

Seruus, qui non noctes tantùm, ſed illarum vniuerſum emendo Vitæ curſum, nè in Deum peccarent, per huiuſmodi Monaſterij conſtructionem egregiè prouidit.

Prætereà eumdem in Concionibus maxima cum Charitate ſe geſſiſſe, vitia reprehendendo, ad pęnitentiam hortando, atque ea, quæ à peccatis recedere faciunt ſuadendo, deponunt de vera ſcientia *ſuper* 9., 9., 15., & 31. *Teſtes*, & *ſuper* 13. in primo Proceſſu Aſculano; De illius quoque miſericordia, & immenſa Charitate, quà in mærore exiſtentes audiebat, àc ſolabatur oppreſſos ope & conſilio iuuabat, diſcordias componebat Inimicos, amicitiæ vinculo colligabat, deponunt de vera ſcientia *ſuper* 4., 8., 9., 15., 25., 31. *Teſtes* in eodem Proceſſu Aſculano, & in primo Proceſſu Neapolitano *primus Teſtis ſuper* 6., quod ſane Religio munda, & immaculata poſtulabat, cuius eſt, Pupillos, & Viduas in earum afflictione viſitare, & immaculatum ſe ab hoc Sæculo cuſtodire, vt ait S. Iacobus *in Epiſt. Cathol* 1. *in fine*.

# *De Virtutibus Cardinalibus Serui Dei, & primò de Prudentia.*

Prudentia, vera, & perfecta, eſt, qua conſultamus, iudicamus, & percipimus, quæ ad bonum totius vitæ humanæ pertinent, & ſolis bonis conuenit, ex S. Thoma 2. 2., *quæſt*.42. *art*.13., & ſumit nomen à prudentià, velut à principaliore ſui parte, quià omnia requiſita ad prudentiam neceſſaria ſunt, vt aliquid ordinetur in finem, vt idem S. Thom. *quæſt*.49. *art*.6. *vbi ſupra*. Prudentia autem eſt ratio ordinis in finem, ſecundum eumdem *part*.1. *quæſt*.22. *art*.1. quapropter quicumque Spiritu Dei agantur, hi ſunt Filij, vt ait Apoſt. *Rom*.8. Illud porrò Spiritu Sancto donari, & filios Dei fieri expetendorum omnium extremum eſt: eoque cum ventum fuerit, conquieſcit omnis contemplatio, quemadmodum Diuinis Litteris traditur. Hanc igitur excellentem, & expetendarum omnium rerum ſupremam Beatitudinem, Sancti omnes, qui àb æuo condito extiterunt per virtutum cultum, & ſtudium Diuino Beneficio conſequuti ſunt, vt, qui partim martyrium ſubierint, atque ad ſanguinem vſque aduerſus Peccatum in acie ſteterint, partim Religioſæ, ac Deo dicatæ vitæ certamen exantlarint; arctamque vitam tenuerint, animique deſtinatione martyres extiterint. Hinc manifeſtiſſimè colligitur perfecta prudentia Serui Dei, cum, vt dictum eſt, adhùc Adoleſcens ingreſſus fuerit Religionem, & quidem obſeruantem, vt in hac, hoc cultu, qui animi deſtinatione martyrium cenſetur, æternam Beatitudinem conſequeretur, & cogitans illud aureum S. Antonij dictum, nempè, Religioſo ſemper eſſe cogitandum, ſe tùnc primum inchoare: Ad Deum ità accedebat, ac ſi non dùm colere eum incæpiſſet, vt patet ex tota eius vita, & ex iàm dictis, ac ex inferiùs dicendis clariùs patebit.

Hanc autem Iacobi prudentiam, quæ ex Religionis ingreſſu colligitur, plurimi faciendam eſſe, latè comprobatur ex S. Baſilio *in Conſtitutioni-*

*tionibus Monaſticis cap.*19., Hinc omni vitæ, videlicet Religioſo Inſtituto quid eſt, quod Iuri æquiparari poſſit? Quid & beatiùs dici, quid hac Religioſorum coniunctione, vnitate, & neceſſitudine aptiùs excogitari? Quid mutua intèr ſe morum animorum contemperatione gratioſius fingi poteſt? Homines ex diuerſis omnes Nationibus, ac Regionibus profectos per exactam morum, ac diſciplinæ ſimilitudinem adeò in vnum coaluiſſe, vt in pluribus Corporibus, vnus modò eſſe animus videatur, viciſſimque plura Corpora mentis vnius Inſtrumento cernantur; & paulò inferiùs. Hi liberatores noſtri, eiuſque vitæ, dùm inter nos verſaretur, inſtitutorum veri, perfectique Immitatores exiſtunt. Quemadmodùm enim ille coacto Diſcipulorum Choro communia cuncta, ſeque ipſum communem Apoſtolis præbuit; Ità hi quoque Antiſtiti ſuo obtemperantes genus viuendi Apoſtolorum, ac Dominum immitantur. Hi vitæ communitate diligentèr retenta Angelorum viuendi ritum æmulantur. Nulla eſt intèr Angelos lis, nulla contentio, ſed cùm habeat quiſque, quæ omnium ſunt, omnes integras apud ſe ſuas diuitias conſeruant, & paulò poſt. Hi perfecti rerum omnium paupertatem tenent, in quibus nihil proprium cuiuſque ſit, ſed communia omnium omnia.

Præterea Iacobi prudentia clariſſimè oſtenditur ex amore, quò ferebatur in paupertatem, cuius ſemper extitit amantiſſimus: per hanc enim de facili, vt docebat Sancta Sincletica, Aduerſarius noſter Diabolus ſuperatur, cum non habeat, quo lædat eos: quià plerique memores anguſtiæ, atque tentationum à Deo ſeparantium in ablatis pecuniis, cæteriſque facultatibus feriri conſueuerunt; ſimplicitatis idem amator fuit eximius, quæ eſt virtus ad quam directè pertinet ſeſe à deceptione præſeruare S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 3. *art.*3. fuit etiam per totum vitæ ſuæ Curriculum in Conuerſationibus prudens, quietus, pacificus, & Exemplaris, Prælatis obediens, continentiis, atque abſtinentiis, vigiliis, Orationibus, Diuiniſque Officiis, ac Verbi Diuini contemplationibus vacans, vt deponunt Teſtes ſuper Informatione generali in primo Proceſſu Aſculano *ſuper* 7. *& ſeqq. videlicet* 11. 17. 18., & alij, ex quibus colligitur perfecta prudentia Serui Dei. Quidam ex Sanctis Patribus, Sanctiſſimis quidem moribus, & ſententiis, optimè imbutus, ſolitus erat dicere, Roga Deum det luctum in Corde tuo, & humilitatem, & in tuorum ſemper reſpice peccatorum labem, nec iudices alios, ſed eſto ſubiectus omnibus, abſcinde à te fiduciam, Linguam tuam compeſce, & Ventrem abſtine à vino, & ſi quis loquitur tecum de quacumque Cauſa, noli contendere cum eo, ſed ſi benè dicit, dic etiam, ſi autem malè, dic ei, Tu ſcis, quod loqueris, & nè ſuper eis, quæ loquutus eſt cum eo contendas; Tùnc autem mens tua erit pacifica: modò ſi Depoſitiones prædictorum Teſtium rectè conſiderentur, quis non aſſerat, hæc omnia perfectè Seruum Dei Iacobum adimpleuiſſe. Dùm Sanctus Vir Monaſteriorum præfectura fungeretur, cæteriſque proptereà Religioſis imperaret, ſeſe piè cum eis, & miſericorditèr gerebat, intèr quos pacem, & Charitatem conſeruari, ac in dies magis augeri quàm maximè ſtudebat, eoſque Sanctiſſimis vitæ moribus imbuendos enixè procurabat. Ità in primo Proceſſu Aſculano *ſuper* 5. *ab ſeqq.* deponunt de viſu Teſtes 2. *&* 31.

# De Juſtitia.

Juſtitia Hominis tota, qua Cælorum Regnum acquiritur, conſiſtit in tribus, in munditia ſcilicet Cordis, operatione Bonorum, & patientia in aduerſis propter Deum, quæ quidem tria, vt ſcribit Iacobus de Valentia *Pſal.*4. Nobis à Deo ſunt toto animo expetenda. Vera autem Iuſtitia conſiſtit in Corde, loquutione, & operatione exteriori, & hoc tàm in præceptis affirmatiuis, quàm negatiuis, vt idem ſcribit *Pſal.*14. propter quod Iuſtitia Euangelica excellit, & præſtat Iuſtitiæ veteris Legis; Nàm hæc prohibet manum, & operationem malam, ſed iſta prohibet animum, & linguam, & manum, atque propoſitum, loquutionem, & operationem malam. Quapropter meritò, vt dictum eſt, Præcepta Decalogi appellantur Præcepta Iuſtitiæ; Tria enim prima ſunt de actibus Religionis, Quartum verò de actibus pietatis, alia ſex de actibus Iuſtitiæ, S. Thom. 2. 2. *quæſt.*122. *art.*2. *vſque ad ſextum*. Id circò in probanda Iuſtitia Venerabilis Viri prædicto modo procedemus.

# De Religione, & Ordine ad Virtutem Juſtitiæ, & ad tria prima Præcepta Decalogi.

Religio ſecundum Auguſt. *de Ciuit. Dei lib.*10., nihil aliud eſt, quàm Cultus Diuinus, qui quantum attinet ad rem noſtram, eſt actus directus in Deum, non ſolùm ſub ratione finis, & obiecti, ſed etiam ſub ratione honorabilis, & talis eſt actus adorationis S. Bonauent. *ſuper* 3. *ſent. diſt.*9. *art.*2. *quæſt.*2. Verùm hunc Cultum Venerabilis Dei Seruus, miſſam quotidiè celebrando Deo præſtitit, vt deponunt in primo Proceſſu Aſculano *ſuper* 5. 6. 7. & 8. *Trigeſimus primus Teſtis*, & in primo Proceſſu Neapolitano *ſuper* 10. *Teſtis Primus, & Quartus*, quæ quidem celebratio, qualem Deo Cultum exhibeat egregiè patet ex Verbis Sancti Gregorij Magni *lib.*4. *Dialog. cap.*58. dicen. *Quis fidelis habere dubium poſſit, in ipſa immolationis hora ad Sacerdotis vocem Cælos operiri in illo Ieſu Chriſti Myſterio, Angelos adeſſe, ſummis ima ſociari, Terrena Cæleſtibus iungi, vnum quodque ex viſibilibus, atque inuiſibilibus fieri?* Deponunt inſuper præfati Teſtes, Iacobum Orationibus vacare ſolitum, ac in omnibus ad Diuinum Officium ſpectantibus admodùm fuiſſe ſollicitum. Nimirum *Oratio eſt*; Inquit, Ioannes Damaſcenus *lib.*3. *Orthod. fid. cap.*24. *pius noſtræ mentis in Deum affectus, quo petuntur, fideliter quæcumque ſunt nobis, aut aliis ſalutaria, quo Diuinam quoque gratiam, & virtutem celebramus, aut qualicumque ratione coram ſumma, & æterna illa maieſtate nos deuinctos teſtamur. Exod. cap.*35. Hanc autem ſpectat non ſolum præcatio, ſed etiam adoratio *Matth.*4. oblatio, ſeù ſacrificium *Malach.*1. Inuocatio S. Pauli *ad Rom. X.*, laudatio *Pſal.*17. gratiarum actio *Iſaiæ cap.*56., meritò igitur hac orationis aſſiduitate Religioni ergà Deum Iacobus mirificè ſatisfecit.

Ne-

Neque hic omittendum eſt, quod refert Bonfinius rerum Hungaricarum *decad. 3. lib. 8. in princ.* per hæc verba. *Hic, ſcilicèt Fr. Ioannes de Capiſtrano, non minore quidem Sanctitate prædictum Iacobum Picentem eiuſdem Collegij Sacerdotem ſibi Socium adſciuit. Cùm in Auſtriam, & Germaniam veniſſet in primis D. Franciſci Religionem mirificè propagarunt: Multa in Horicis Germanis, Sarmatis, & Pannonibus huiuſce Religionis Collegia, Templaque fundarunt, languentemquè Dei Cultum inſtaurarunt.* Ex quibus omnibus negari non poteſt, quin magna Religio Venerabilis Viri colligatur. Quod enim ad Templorum ædificationem attinet, S. Io: Chriſoſt. *hom. 18.*, ſic ait, *fora quidem, & balnea faciunt multi, Eccleſias autem non ità, & omnia magis, quàm has. Ideò oro, ac ſupplico, & gratiam peto, imò & legem pono, vt nullus, qui habeat villam appareat carere Eccleſia, nèc mihi dixerit, propè eſt in vicinia, magnus eſt ſumptus, non magnum commodum, ſi quid habes inſumendum in Pauperes, illuc inſume, educa Magiſtrum, educa Diaconum, & Sacerdotalem Ordinem.* Qua Templorum erectione Sancti non pauci, alijque præclariſſimi Viri Religionem iſtam oſtenderunt, & vt innumerabilia penè exempla omittamus, Lucam Euangeliſtam refert Simeon Metafraſtes in eius Vita, Eccleſias plurimas, eiectis Idolis, erexiſſe, Baſilicas in honorem Martyrum 8. à ſe ædificatas meminit D. Auguſt. in quodam ſuo Sermone, cuius meminerunt Patres Concilij Aquiſgranen. 1. Cap. 113. extat quoque Epiſt. ad calcem Concilij Calcedonen. Epiſcoporum Paplagoniæ ad Leonem primum Imperatorem, in qua apprimè eum laudant, quod plurimas Deo, & Sanctis Eccleſias erexiſſet; Monaſteriorum quoque ædificatio, quæ Iacobus, vt antè diximus, non paucà extruxit, Summæ Religionis indicium ſanè eſt: Idemque Sancti complures maxima cum laude præſtiterunt. Quæ quidem ædificatio quanti facienda ſit docet S. Chriſoſt. *hom. 59.*, vbi de Laudibus Monaſteriorum tractans, ſic ait; *Certiſſima lacrymarum Sedes Monaſteria ſunt, vbi Saccus, & Cinis, vbi ſolitudo, vbi riſus nullus, vbi Ieiunium, & humi cubatio, vbi è Terreſtribus in Cæleſtia, è pereuntibus in æterna, è mundo in Deum ab omnibus inuidenda mentis alienatio.*

# De Pietate, & Obedientia Venerabilis Viri in ordine ad Iuſtitiam, & ad quartum Præceptum Decalogi.

*Euntes prædicate Euangelium omni Creaturæ; qui crediderit, & Baptizzatus fuerit, ſaluus erit*, dicit Dominus Marc. *Cap. 18.*, ex quibus verbis Chriſtum Ieſum, non dediſſe Diſcipulis Equos, ad hoc, vt gentibus veritatem patefacerent; animaduertens Beatus Iacobus, cum mitteretur ad euangelizandum, pedeſter obibat, & eodem actu obedientem ſe Apoſtolicæ Sedi oſtendebat, & pietatem in Deum, & in Proximos Charitatem demonſtrabat more Apoſtolorum, quorum Imitatorem ſe profitebatur; neque ſacculum, neque peram deferens

 cùm

cùm maxima paupertate per Regiones, & Populos diſcurrebat. Vndè, cùm Padum Flumen eſſet aliquandò traijciendum, nèc pecuniam pro mercede Nautæ traijcientis haberet, & ob id reiectus eſſet, diffuſo ſuper vndas Pallio, ſimul cum Socio in alteram Ripam miraculosè traiecit, vt infrà dicetur, Prælatis paritèr erat obſequentiſſimus, & ſe promptum, & alacrem eorum mandatis exhibebat, vt deponunt Teſtes ſuper generali inquiſitione in primo Proceſſu Aſculano ſupèr 6. 7. 8. 9., *&* 10. *Teſtis* 11. 17., 18. *&* 26., & ſupèr ſpeciali octauus *ſuper* 6., *& ſeqq.*, *& Proceſſ. Neapol. ſuper* 8. *primus*, 2., 4. 11., *&* 12.

# *De Caſtitate, Pudicitia, Continentia, & Paupertate in ordine ad Iuſtitiam, & ad alia Præcepta Decalogi.*

Caſtitas eſt virtus moderatiua paſſionum partis concupiſcibilis circa venereas Voluptates, ſicut eſt ſobrietas circà delectationes guſtus in cibis, & potibus, quæ quidem caſtitas differt à pudicitia, quod hæc propriè circà ſigna venereorum, illa autèm circà commeſtionem verſetur; S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 143. Seruum autèm Dei Iacobum caſtam ſempèr, & pudicam duxiſſe vitam, deponunt in primo Proceſſu Aſculano ſuper ſpeciali Inquiſitione ſuper 4. *Teſtes* 8. 15., *&* 31. & ſuper Inquiſitione generali in eodem Proceſſù *ſuper* 6., *& ſeqq. Teſtes* 11., 17., 18., 26., & alij. Quod verò ad paupertatem attinet, cogitans Venerabilis hic Vir, voluntariam paupertatem eſſe Theſaurum Monaci, ingentem ſibi in Cæleſti Patria coràm Altiſſimo Theſaurum comparauit, paupertatem tenaciſſimè retinendo, & cuſtodiendo vigilantiſſimè. Ità deponunt Teſtes in Primo Proceſſu Aſculano ſuper 4. 8., *&* 9., & ſupèr Inquiſitione generali ſupèr 6. *& ſequen. Teſtis* 11., 17., 18., 26., *& alij*.

# *De Fortitudine.*

Fortitudo importat animi firmitatem S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 123. *art.* 6. *in Corp.*, Gabr. *diſt.* 34. *quæſt, vnic. art.* 1. *lib.* 3., duas, ait, ſpecies eſſe fortitudinis immediatæ, quarum vna eſt fortitèr ſubſtinere Terribilia, quæ vocatur patientia, & ipſa quidèm Nobiliſſima, quippè quæ inclinat ad non repellendum triſtia, ſeù Terribilia, & illud non repellere eſt actus poſitiuus, ſi velle non impedire aduerſa terribilia, ſeù velle pati talia. Alia fortitudinis ſpecies eſt in aggrediendo Terribilia, & aduerſa, quæ retinet nomen fortitudinis; Vtraque verè vincit; at longè Nobilior patientia, quàm repellens fortitudo; fortitudinem vtroque modo ſumptam habuit Seruus Dei Iacobus. Non enim tumultuoſis, ac ſæuientibus ſæditioſorum furijs, vltrò ſe obijcere, non Barbaris euangelizare formidauit; Anguſtias omnes conſtanti animo ſubſtinuit, vt ſuprà narrata demonſtrant, laceſſentes

Per-

. Perſecutorum iniurias patientiſſimè tolerauit : Sic deponunt in primo Proceſſu Aſculano de vera ſcientia ſuper Inquiſitione ſpeciali ſuper 5., *& ſequen.* 8. *Teſtis* , *&* 31. Inſuper velut alter Abraham Heremita, tollerabilitèr perdurauit , nullis aduerſitatibus fractus , & cum trahe-retur , cum lapidaretur , cum fame , ſitique enecaretur , cum demum cæderetur , numquàm ad iracundiam prouocatus ; numquàm ad indignationem commotus eſt : puſillanimitate numquàm diſtabuit , numquàm tedio fatigatus eſt , ſed cum aſpera omnia pateretur , ma-gis , ac magis amor eius in eos , & Charitas augebatur . modò enim admonebat , modò blandiebatur , modò ſuauiſſimo leuiebat eloquio . Neque verò Iacobus tantùm proprias ; ſed , & Conſanguineorum calamitates,inuicto animo,pertulit . Cùm enim quidam eius Nepos interemptus eſſet , iniuriam , & iacturam patientèr tulit , Imò quò pax Interfectori data ſolidior foret , affinitatem cum eo contraxit . Sic Alexander Patriarcha Hieroſolymitanus , qui tanta excelluit pietate , & miſericordia , vt,cum illi quidam ex Notarijs ſuis furatus eſſet aurum , ac metu perculſus in Thebaidam Ægypti fugiens, vagus , & errans incidiſſet in Latrones , & ductus fuiſſet ab eis captiuus ad extremas Ægypti partes ; hoc comperto Alexander redemerit eum vinctum , & captiuum 85. numiſmatibus , quo reuerſo , ità piè , & miſericorditèr vſus eſt , vt quidam ex Vrbis Accolis , non erubuerit aliquandò dicere , nihil eſſe Homini vtilius , quàm peccare in Alexandrum .

# *De Temperantia .*

Temperantia eſt actus laudabilis inclinans animam , vt affectiones , & moderationes indè ſequentes moderatæ ſint , & ordinatæ ſecundum medium quoad nos , proùt recta ratio determinauerit ; vel Temperantia eſt Virtus moralis ſedatiua paſſionum , & affectionum nimis mouentium . Sedatio autèm paſſionum eſt reſtitutio earum in æqualitate , & fortificatio inclinationum poſitarum in voluntate , & ità virtus eſt in vtroque , augumentatio verò in oppoſitum . Gerzon, *par.* 4. *de deſcript. temp. à Theol. vtil.* , & propterea partes Temperantiæ ſunt abſtinentia , continentia , verecundia , pudicitia, modeſtia, Clementia , Caſtitas , & Sobrietas S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 143. *art.* 1., *& ſeqq.* , quibus etiàm Virtutibus Iacobum fuiſſe præditum , ſat ex anteà dictis colligitur , quibus accedit depoſitio primi Teſtis in primo Proceſſu Aſculano *ſuper* 15. dicentis , ſe per quadriennium antè Iacobi obitum , quo cum eo conuerſatus eſt , ſumma illum obſeruantia , & ſanctè , ac vt optimum Religioſum decet viuere,conſpexiſſe , ieiunijs , Orationibus , Diuinis Officijs, Sanctiſſimiſque apprimè deditum, Carnemque ſuam aſperrime affligentem, totoque illius temporis curriculo numquam ſe vidiſſe Iacobum, Carnes comediſſe , licèt ijſdem alij Religioſi in publico Religioſorum Cænaculo veſcerentur . Præterea ſe à Fratre Venantio Beati Iacobi Socio , & ab alijs Fratribus audiuiſſe , eum, ab ipſo , quo Religionem ingreſſus eſt , die,numquàm Carnes comediſſe , quod etiàm deponit de viſu , & auditu 26. *Teſtis ſuper* 4. in primo Proceſſu Aſculano Informatiuo ; ſic legimus aliquos alios præclaræ Sanctimoniæ Viros à Carnibus abſtinuiſſe, alios à Pane, alios à Vino . Monachus enim , vt nonnulli ex Sanctis Patribus affirmabant ,

mabant, ſi ventrem ſuum, & linguam cohibere ſtuduerit, & vagationem non fuerit ſectatus, confidat, quia non morietur, ſed viuet in perpetuum, & pallor, & macies cùm humilitate decus eſt Monachi, imò Clypeus ex adamante, quo aduerſa, eaque infeſtiſſima Dæmonum excipiens tela, ſe ſe ab eorum ictibus tuetur, ac de ijs maxima cum illorum ignominia Victor exiſtit, & triumphat, & alibi, Monachus multum edens non confidat, & vtiliter agat; Nam, vt aiebat Abbas Ioannes, ſi Homo in ieiunio, & fame conuerſetur, Inimici eius, qui ſollicitant, ac torquent animam ipſius debilitantur, infirmantur, ac tandèm ſuperantur,

# *De Donis Spiritus Sancti.*

Ex prædictis omnibus clariſſimè patet Venerabilem Virum Donis Spiritus Sancti fuiſſe inſignitum, ſi enim perpendamus fidem, colligetur, eum Intellectus, & Scientiæ Dono præditum extitiſſe ex adductis per S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 8. *art.* 2., *& quæſt.* 9. *art.* 1., ſi vero ſpem, Donum Timoris habuiſſe S. Thom. *ibidem quæſt.* 19. *art.* 9., ſi Charitatem Donum Sapientiæ; Idem Angelicus Doctor *eod. Loc. quæſt.* 45. *art.* 1., *&* 2., ſi prudentiam, donum Conſilij, ſi Iuſtitiam Pietatis, ſi fortitudinem fortitudinis, ſi Temperantiam, amoris, vt ſic per eumdem S. Thom. *Loco citato quæſt.* 52. *art.* 2., *& quæſt.* 121. *art.* 2. *& quæſt.* 139. *art* 1., *& quæſt.* 141.

# *De Communi Opinioue Sanctitatis in Vita.*

Huc vſque, Beatiſſime Pater, egimus de probatione Sanctitatis, reliquum eſt, vt de communi eiuſdem Sanctitatis opinione tractemus: quæ, cum nèdùm Iacobi vita durante, ſed poſt eius etiam obitum apud omnem Populum magna fuerit: Idcircò primum de Communi opinione Sanctitatis in vita; poſtmodùm de eadem poſt obitum agemus. Et quidèm eum prò Sancto habitum fuiſſe, dùm adhùc viueret, ex prædictis optimè infertur, quibus addenda ſunt ea, quæ *primus, & tertius Teſtes* deponunt ſupèr quarto, & quinto in primo Proceſſu Aſculano, affirmantes, ſæpiſſimè, ſe vidiſſe B. Iacobum habitu minorum S. Franciſci de Obſeruantia indutum, pie, & humilitèr incedentem, ac Populo Aſculano ſummo ardore concionantem, qui cum ab eo mirum in modum inflammaretur, aurea, ac vere Diuina illius verba attentis auribus hauriebat, eumque optimum Dei Seruum, ac verè Religioſum reputabat, itaùt eum aliquandò ad Ciuitatem Aſculanam accederet, vniuerſus ferè Populus eum venerabundus, cum Pueris palmam deferentibus, extra Portam Pontis Soleſtarij, ei obuiam progreſſus fuerit, quo viſo ille Sanctus, eleuatis in Cælum Oculis hæc tanto quidèm viro digna verba protulit. *Non nobis, Domine, non nobis, ſed Nomini Tuo da gloriam.* Atque ità ſpreta inani huius mundi Gloria, ſumma cum humilitate Populo illum ſtudioſiſſimè proſequente Ciuitatem ingreſſus eſt. Cùm autèm intèr fauſtas adſequentium acclamationes in publicam Arringhi Plateam perueniſſet, ibi ta-

tanto animi ardore intèr concionandum de Deo loquutus eſt, vt maximam Auditorum animis incuteret admirationem.

# *De Fama Sanctitatis poſt mortem.*

Cùm Venerabilis vir Neapoli commoraretur iàm Senio confectus, octogeſimum enim quintum agebat Annum, *Anno ſalutis humanæ quadrigenteſimo ſeptuageſimo ſexto ſuprà milleſimum* Sedente Sixto IV. Summo Pontifice in aduerſam valetudinem incidit; ſiquidèm Colico dolore correptus, cum in dies vrgeret magis, magiſque inualeſceret morbus, adeout finis vitæ non procul eſſet, ad Socium Venantium, multoſque alios, qui Lectulo circumſtabant, Fratres, conuerſus, probè ſciens, humilitatem eſſe Animæ ſalutem, primamque Monachi virtutem, vbertim orauit, vt ſi quid eis, & Sæcularibus mali præbuiſſet exempli, ignoſcere dignarentur. Mox autèm 28. *Nouembris* intèr Confratrum quærimonias, & exultantes Angelorum Cantus Animam Deo Creatori reddidit: vt referunt Tuſſignanus loco allegato, Epiſc. Portuen. ex Fratre Mariano, & Fratre Venantio, *in Cronic. par.3. lib.6. cap.3.* Epiſc. Vicoequen. in eius vita *Cap.13.* Cæleſtinus in dicta eius vita *Cap.* 30.; Nèc memoria Sancti huius Viri perijt cum ſonitu, ſed viua, ac numquam vllis ſæculis intermoritura permanſit.

Referunt primus Teſtis tunc Sacriſta Eccleſiæ Trinitatis in Ciuitate Neapolitata, & 11. ambo ſuper 18. in primo Proceſſu Neapolitano, *Corpus eius, quod per* 17. *dies in eadem Eccleſia Trinitatis in humatum extitit* cum frequentia, & veneratione, tàm à Neapolitano, quàm à circumuicinis Populis viſitatum, ſepultum fuiſſe in Eccleſia S. Mariæ della Noua, vt vocant. Opinio autèm Sanctitatis Beati huius Viri etiàm nunc quàm maximè viget, quæ publica, & communis eſt in Ciuitate Neapolitana, vbi Sepulchrum eius viſitur plurimis Donarijs ornatiſſimum, vt deponunt in ſecundo Proceſſu Neapolitano ſuper *octauo Teſtes 69.& 85.*, & in primo Proceſſu Aſculano *octauus Teſtis* ſupèr Interrogatorijs, & quotidie poſt Completorium ad Sepulchrum Venerabilis Viri per Religioſos eiuſdem Monaſterij decantari Antiphonam: De viſu per 15. Annos deponit *Teſtis* 18. ſuper 44., & 45. in ſecundo Proceſſu Neapolitano, & de viſu per multos Annos 15. *Teſtes* ſuper 32., & de viſu per 40. Annos *Teſtis* 21. ſuper 39.; Eadem eſt Sanctitatis opinio in Oppido Montis Brandoni, in Ciuitate Aſculana, & Locis circumiectis, vbi eximius eius Imagini quoque Cultus exhibetur, prout deponunt in Proceſſu Ripano ſuper 58. *primus*, 2., 3., *& alij Teſtes*, ac in ſecundo Proceſſu Aſculano ſuper 58. *primus*, 4., *&* 5. *Teſtes*.

*Aucto-*

# *Auctores, & Scriptores; qui de Beato Jacobo ſuis in ſcriptis mentionem habuerunt.*

Pius II. Pontifex Maximus in Libro, cui Titulus eſt. *Hiſtoria rerum*
*vbique geſtarum*, quem, dum eſſet Summus Pontifex, deſcripſit, vt ipſe
met aſſerit in Proœmio illius Operis in Europa *cap.* 1. *fol.* 194. ſecun-
dum primam impreſſionem agens de rebus ſub Alberto Imperatore
in Hungaria habitis, hæc habet &c. *ſed dùm Budæ moram facit, ea eſt*
*Regum Sedes, Iudex Ciuitatis Natione Theutonicus Hungarum quem-*
*dam ob delictum fluuio demerſit. Id Hungari moleſtiſſimè tulerunt, qui-*
*bus Theutonicorum nomen eſoſum eſt, excitatur è veſtigio tumultus*
*Hungari arma capeſſunt, obuios Theutonicos paſſim trucidant, fit fuga*
*in Arcem, qua Rex ſe continebat, diripiuntur Negotiatorum Domus,*
*quorum pars maior Teutonicorum fuit. Euangelizabat eo tempore Bu-*
*denſibus Iacobus Morchianus Ordinis Minorum Profeſſor, Doctrina*
*Litterarum, & Vitæ Sanctimonia clarus, qui ſedaturus Tumultum*
*ſimulacrum Saluatoris Crucifixi manu geſtans furenti, armatoque Popu-*
*lo obuiam factus, vt cædi pareant, vt rapinis abſtineant, vt arma de-*
*ponant ſupplex exorat, illi eius verba minimè intelligentes, neque enim*
*tempus ferebat Interpretem, benè ſibi futurum autumant, ſi Chriſtum*
*ſuis cæptis Ducem habeant, ſublimemque Iacobum, ſimulque Crucifixum*
*in vlnis attollunt, ac baccanti per Vrbem, nunc iſtam, nunc illam Do-*
*mum compilant; fiunt tamen aliquanto minora ſpolia, & à cædibus*
*temperatum eſt ob præſentiam Iacobi, qui modò precibus, modò lacrymis*
*furorem incenſæ Plebis lenire conatus eſt*. Hoc idem factum repetit
Auctor Theſauri vitæ humanæ *lib.* 8. *fol.* 906. poſt Commentarios in
Apologia ad Martinum Mayer, quam idem Pius Secundus ſcripſit,
dùm eſſet Cardinalis Tit. Sanctæ Sabinæ, & Epiſcopus Senen. ſecun-
dum paruam impreſſionem *fol.* 7. ; Ità de hoc Sancto Viro re-
fertur.

*Audiuimus à Sancto Viro Iacobo referri à ſe olim Bernardinum prædican-*
*tem auditum, cuius fama hodiè redolet pauperem ex animo, & Magiſtro*
*ſuo Diuo Franciſco ſimilem. Is, cum aliquando de Hominum cupiditati-*
*bus diſſereret, & in eos incidiſſet, qui Epiſcopatum deſiderant; Ego,*
*inquit, neque Epiſcopatum, neque Cardinalatum cupio, ac nè Sum-*
*mum Pontificatum, niſi fortaſſe Imperium ſimul Orbis cum Papatu con-*
*ſequi poſſem, tunc enim poſſem Chriſtianæ Reipublicæ optimè conſulere,*
*Leges ſtatuere bonas, & Legum Obſeruantiam reducere: at Papatus*
*ſine imperio nihil ſit mihi moleſtiam feret, cum malè viuentes vellem*
*quidèm, ſed non poſſem coercere. Hæc Vir Sanctus Iacobus aiebat, erat*
*enim feſtinus, & vrbanus Homo, & tamèn in loco veritatem non præ-*
*termittebat, & altis ſenſibus vtebatur.*

Hoc dictum tanti facit grauiſſimus Auctor, vt ſubdat, liquet igitur meo
Iudicio, quandò id auctoritatibus & rationibus probandum eſt, Ro-
manam Eccleſiam Diuitem eſſe oportere, neque diuitias ad voluptatem
requiri

requiri, ſed ad tria tantùm, ad Statum honeſtum, & Dignitati conuenientem tenendum, ad alendos Pauperes, & Eccleſias manutenendas, ad coercendos malefactores, qui Fidei ſinceritati officiunt.

Antonius Bonfinius in Hiſtoria rerum Hungaricarum *Decad. 3. lib. 4.*, vbi dè ſeditione orta Budæ *fol.* 410., *&* *Decad. 3. lib. 8. in princ. fol.* 48., vbi poſuit excidium Vrbis Conſtantinopolitanæ, & edictum Crucis promulgatum Nicolaus Papa V. ſubiungit; *Quin, & Ioannem Capiſtranum è Samnitibus Sacris Diui Franciſci initiatum Virum Sanctiſſimum, & ad excitandum ad id Populos dicendi copia, & Viri probitate nimis idoneum in Alemanos, Hungaros, Polonos, miſerat, qui ad ſalutarem expeditionem Sacris declamationibus homines hortaretur. Hic nè minore quidèm Sanctitate præditum Iacobum Picentem eiuſdem Collegij Sacerdotem ſibi Socium adſciuit, qui in Sacra Peregrinatione cum Padum ambo traycere vellent, & à Portitore pertinaciſſimè repellerentur, quia interdicta à Diuino dogmate pecunia carerent, quam prò Naulo darent, in diffuſum ſuper vndas Pallium cùm Comitibus conſedere, & veluti quadam Naufragij Tabula in Ripam alteram, non ſinè auari Portitoris ſtupore Diuina ope tuti translati ſunt*: & infrà: *cum in Germaniam, & Auſtriam veniſſent in primis Diui Franciſci Religionem mirificè propagarunt, multa in Noricis, Germanis, Sarmatis, Pannonibus huiuſce Religionis Collegia, Templaque fundarunt, languentemque Dei Timorem, Cultumque Diuinum inſtaurarunt &c.*, & infrà *fol.*494. *paucis poſt diebus obijt Ioannes Capiſtranus intèr Diuos ex Hominum opinione relatus, Miraculaque &c. Iacobus Picenus Vir ſanè Sanctiſſimus defuncto Socio, & amplificata Diui Franciſci Religione in Italiam reuerſus eſt, vbi cùm diù vixiſſet, Neapoli demùm exceſſit, quòd viuus, & mortuus Miracula ediderit, vniuerſa Italia teſtatur &c.*

Hoc dictum repetit Mattheus Baderus Societatis Ieſu in Bauaria Sancta in Vita Beati Ioannis de Capiſtrano *fol.* 159. Auctor Theſauri Vitæ humanæ *lib.4. fol.* 1517. ità habet = *Ioannes Capiſtranus, & Iacobus Picenus miſſi fuerunt à Nicolao V. ad hortandos Germanos, Polonos, Hungaros ad expeditionem contrà Turcnas, & cum Padum traycere vellent, & à Portitore repellerentur, quod non haberent pecuniam, quam prò Naulo darent, conſederunt in diffuſum ſuper vndam Pallium cùm Comitibus, & Diuina ope translati ſunt ad alteram ripam cum ſtupore auari Portitoris.*

Frà Filippo da Bergamo nelle Croniche *lib. 14. fol.* 544. *Giacomo della Marca volgarmente chiamato, nato in Monte Brandone ſimilmente dell'Ordine di San Franceſco, ardentiſſimo Padre della Religione, e Predicatore Eloquentiſſimo fù in queſti tempi, che fù cagione d'infiniti beni, per li quali hebbe molte perſecuzioni &c.*

Marcus Antonius Sabellicus *Ennead., ſeù Hiſtoriar. par. 2. Ennead. lib. 6 fol. 951. ſub Calixto III.*

Calixtus III. Hiſpani generis, anteà Alphonſus dictus in demortui locum fit Pontifex, cum quo plerique Viri ingenio clari vixere, & infrà, *Ioannes Capiſtranus, & Iacobus Picenus ex Franciſci Aſſiſiatis Obſeruantia, ambo in Euangelica Prædicatione celebres, par in vtroque Sanctitas, & Miraculis, vt fertur, poſt mortem nobilitata, & hi tùm Viri Inſignes fuerunt &c.*

Frà Leandro Alberti nella Deſcrizione d'Italia *fol.* 272. *ſalendo poi nè mediterranei à man deſtra del Tronto, appreſſo ad eſſo appare Monte*

*en eſta Santa Caſa, de los Beatificados; y que eſtan para Beatificar, ac intèr deſcriptos in Letanijs habetur &c. Beato Iacome de la Marca.*

Stephanus de Caieta in repetitione *cap. ad limin.* 3. *quæſt.* 1. §. 1. loquens de effectu Baptiſmi iu Adultis, & Paruulis quantum ad peccatorum remiſſionem ſubiungit. Dicit *Fr. Iacobus de Marchia, quod quoad paruulos eſt verum, ſed in Adultis eſt inæqualis, quià ille, qui non eſt contritus, non reciperet remiſſionem peccatorum, neque pænarum, vt dicit* Riccardus *in* 4. *diſt.* 4., *ſed ſalua pace* Fratris Iacobi non eſt defectus, quià idem voluit Piſanella in effectu, licèt non ità clarè expreſſerit.

Frater Franciſcus Gonzaga *in* 2. *part. Cronic. Ordinis Minorum Sancti Franciſci pag.* 484. loquens de Conuentu, & Eccleſia Raguſina. *Sed coràm ſummo Altari erectus perſeuerat ligneus, magnuſque Crucifixus, cuius vtrique lateri ſinigulus adſtat Angelus ex eadem materia fabrefactus, manuque Thurribulum tenens, quæ duo Turribula in ſolemnioribus Feſtiuitatibus, atque in notabilis alicuius euentus proximè inſtantis ſignum, vt certiſſima experientia comprobatum eſt, ſe ipſi nullo penitus impellente, non ſecus, ac ſi à duobus Accolitis illi de Religioſo more thurificarent; mouentur, dicunturque à Beato Iacobo Picente appoſita, qui etiàm hæc verba dixiſſe fertur: Aliquando hi Angeli Miracula facient.*

Idem Frater Franciſcus Gonzaga *de Orig. Seraph. Relig. part.* 2. loquens de Eccleſia Sanctæ Mariæ Nouæ Neapolitana *fol.* 522., *in quo, ideſt Sacello, Fernandez à Corduba Corpus Beati P. Iacobi à Marchia recondi iuſſit, poſſet hoc Sacellum ſecunda Eccleſia dici, cum plures alias, & Capacitate, & Religione, & Elegantia, & etiàm Sacris Ornamentis ſuperet, in ea enim quinque ad minùs Sacella erecta conſpiciuntur, quorum maiori, ſiuè principi, Corpus Beati Iacobi de Marchia Chriſtallina reconditum Arca ſuperſtat, & Sacriſtia Sacris veſtibus, Sacriſque referta Vaſibus adiacet, ad quod etiàm Neapolitanus Populus ob tanti Patris reliquias incredibili deuotione fertur, & quid mirùm, cum is Sanctitate, atque religione in Vita floruerit, & pluſquàm TER MILLE Miraculis, prouì Libellus manuſcriptus, atque in præfata Sacriſtia aſſeruatus facillime teſtatur, in morte coruſcauit. Hic ſiquidem B. Pater. Nihil minus Terrenis honoribus fecit, quemadmodum, & facto oſtendit, quandò oblatam Mediolanenſis Archiepiſcopatus Dignitatem declinaturus fugam arripuit. Præterea tanta paupertate, atque Charitate, tantaque in Deum, & Homines pietate præditus fuit, vt nec facile exprimi, nèc facilius credi poſſit, tùm demùm Apoſtolica prò Summis Pontificibus Nicolao V., Calixto III., atque Pio II. Legatione in Hungaria, Macedonia, atque alijs Infidelium Prouincijs fructus plurimos ad Chriſti fidem conuertit.*

Idem Fr. Franciſcus Gonzaga in *eodem Lib. part.* 1. *de* 3. *cap. generaliſt. fol.* 15. *Summus deindè Pontifex B. Patrem Iacobum à Monte Brandono alias de Marchia ad ſe vocans, illi licèt renuenti huiuſmodi vnionis facienda munus vtriuſque partis Articulis, atque Conſtitutionibus, necnon & Apoſtolica auctoritate plenaria priùs ſibi collatis commiſit, iunxitque, qui debito ſatisfacere cupiens, aliquas Leges ab vtraque parte obſeruandas, quarum vnam, vel alteram hic ſubijciam, inſtituit &c.*

Idem in eodem Lib. *part.2. fol.195. Anconæ diem clauſit extremum in hoc Monaſterio præfatus Frater Gabriel Ferrettus, ſiuè Anconitanus ſub Calixto III.*, & infrà. *Cumque mirum in modum Miraculis coruſcaret præfatus Summus Pontifex Calixtus III. B. P. Iacobo à Monte Brandono huiuſmodi Miraculorum diſquirendorum Negocium commiſit, qui iniuncto muneri facturus ſatis Anconam contendit, omniaque quàm diligentiſſimè rimatus, integrum libellum de eius morte, atque miraculis conſcripſit, relicto eius Exemplari in eius Loci Archiuio, quod, & vſque in præſentiarum perſeuerat. Romam repedauit, illumque Pontifici mox obtulit.*

Idem ibidem *fol.160. extra Spoletum aſſeruantur denique in huius loci Sacrario binæ Tunicułæ, altera quidem B. P. Bernardini de Senis, & altera B. ſimilitèr Iacobi de Marchia, ex quibus plures Infirmi optatam hauriunt ſalutem &c.*

Idem ibidem *fol.197. de Conuentu S. Mariæ Gratiarum Montis Brandoni, in cuius Summo Altari futilis quædam B. Mariæ Virginis Imago erecta conſiſtit, quæ plurimis corruſcat miraculis. Hanc præmemoratus B. P. Iacobus ex Vrbe religioſiſſimè contulit &c.*, & infrà; *Atquè in Sacrario B. P. Iacobi à Monte Brandono habitus, Cappuccium, Mantellus, quo Dæmones ab Obſeſſorum Corporibus fugantur, Calendarium, Diurnale, Breuiarium, pluresque Libri, & Pontificiæ Commiſſiones ad ipſum datæ, inſuper, & B. Ioannis de Capiſtrano Mantellus cuſtodiuntur &c.* & infrà; De Laudabili, *immolabilique more aſſueuerunt huius Monaſterij Patres, ac Fratres ſingulis diebus poſt Completorium deuotam hanc ſubſequentem Antiphonam ſimul, & verſum cum Oratione B. P. Iacobi de Marchia, ſiuè de Monte Brandono decantare.* Idem ibidem *fol. 199. firm.*

*Cum primùm Firmana Ciuitas poſt multas preces à B. Iacobo Picente, ſeù de Marchia impetraſſet, vt Conuentum à ſe erigendum acceptare vellet, collatis ex publico ærario mille aureis Coronatis Sacrum hoc Monaſterium in honorem fęliciſſimæ Annunciationis Dei Genitricis Mariæ ad quinquaginta paſſus à Ciuitate, circà Annum Dominicæ Incarnationis 1450. ædificare cæpit, & intèr reliquias, quæ in d. Eccleſia aſſeruantur, eſt Corpus B. Patris Nicolai Firmani, quod honeſtiori conditur Sepulchro, & aliquot Crines B. Iacobi de Marchia &c.*

Idem ibidem *fol.208. Fabriani famoſum Zenodochium in honorem Sanctiſſimæ Mariæ de Ieſu inſtante Reu: P. Iacobo de Marchia ibidem conſtructum, in quo habitus, Tunica, Tunicula, Mantellus, atque Galerus eiuſdem B. Patris diligentiſſimè cuſtodiuntur. Vt autem quæ diximus manifeſtiora euadant, non pigebit hic referre ipſiſſima verba in anteriori Exedra eius Eccleſiæ, quæ præfato Hoſpitali annexa eſt, inciſaque talia ſunt. Anno gratiæ 1456. Calixto III. Pont. Max. Marino Vrſino Archiepiſcopo Tarentino Agri Piceni Præſide primum lapidem inferente, Iacobo ex Minorum Ordine Prædicante, ſub duodecim Rectorum gubernatione communi totius Fabrianenſis Oppidi conſenſu ex tribus Hoſpitalibus, hoc vnum ſub Nomine B. Mariæ Ieſu conſtructum.* Idem Maſſatij.

*Extincturus Martinus V. Pont. Max. Fraticellorum pernicioſam ſectam, quæ Maſſatij mirum in modum pullularat ædiculam quamdam B. Iacobo Apoſtolo Sacram, ac vnico milliario à Maſſatio Picenti Oppido diſtantem, quam vnus tantum Camaldulenſis Frater occupabat à Camaldulenſium Obſequio, cuius clam Apoſtolici Breuis tenore eximens, Ordini*

*No-*

*Noſtro ad inſtantiam R. P. Iacobi à Marchia ſubegit, cui, & conceſſit, vt illam in iuſtum Conuentum promouere poſſet.*

Idem ibidem fol. 215. Arpini, *& S. Crucis particulam, & habitum ſimul, atque Cappuccium B. P. Iacobi Picentis cuſtodiunt.*

Idem ibidem fol. 269. Arimini; *Necnon, & B. Bernardini de Senis Mantello, atque quadam B. ibidem P. Iacobi Picentis Tunicula.*

Idem ibidem fol. 523. Neapoli de Conuentu Sanctiſſimæ Trinitatis; *hic R. P. Iacobus de Marchia diù habitauit, propriumque Cubiculum, quod adhùc à nullo penitùs occupatum perſeuerat, obtinuit. Hicque exiſtens Deuotiſſimam illam, atque Illuſtrem Nobilium Neapolitanorum Confraternitatem, quæ albis veſtimentis vſa, extremo ſupplicio ob commiſſa delicta ex Iudicis Sententia puniendos comitatur, hortatur, atque eorum Cineres, & Oſſa in die Paraſceue cuiuslibet Anni colligit, debitoque cum honore in ſacello huic muneri deputato ſepelienda curat, religioſe erexit.*

Idem ibidem fol. 529. *Surrenti huius Loci Accola aliquando fuit R. P. Iacobus Picenus, hicque aliqua Miracula ædidit.*

Frater Marcus Vliſſiponenſis Minorita Epiſcopus Portugallien. in Luſitania in Cronicis Religionis S. Franciſci.

Paulus Regius Epiſcopus Vicoequen., qui B. P. Iacobi vitam ſcripſit.

Antiquitùs ſcripſit Beati Iacobi vitam Marianus, cuius honeſtiſſimum Teſtamentum refert.

Primus omnium eius vitam ſcripſit Frater Venantius ipſius B. P. Socius; Ioannes Dominicus Lega Neapolitanus, qui de anno 1535. vitam B. Iacobi Carminibus impreſſit, Neapoli eodem anno 1535. Fr. Ludouicus Cæleſtinus etiam eius vitam ſcripſit.

Hymnus in laudem Beati Patris Iacobi Picentis editus per Fr. Baſilium Mediolanenſem Ordinis Minorum impreſſus de anno 1535. &c.

Laudat Mater Eccleſia
Tanto dotata milite,
Vt Iacobo iàm Curia
Cæli ſit aucta Hoſpite.
Verorum Ducem militum
Ritè loquutus militans
Franciſci ſumpſit habitum
Verbum vitæ ſuppeditans.
Hincque triumphans dulcius
Materna ſuperna iubilat
Hic talis dùm filius
Luce perenni rutilat.
Neapolis ò Regia
Verè digna nunc noſceris
Te dùm perficit gratia
Tàm Sancti Domum funeris.
Vix degens in labili
Pauper fuit, & humilis
Regno datus immobili
Magnis abundat Iubilis.
O' Iacobe nos digniùs
Tua ſequi veſtigia,

Dà

Digitized by Google

Dà tecum quò ſuauius
Chriſti nos ornet gloria.
Moramur dùm in Acie
Poſce nobis auxilium
Vt hic certemur agiè
Quo conſequamur præmium.
Patri, natoque Gloria
Cariſmatum cum Spiritu
Vitæ ſint nobis præmia
Sanctorum in Exercitu. Amen.

Antonius Daurultio Societatis Ieſu in Libro, cui nomen indidit *Flores Exemplorum, ſiuè Cathechiſmus Hiſtorialis tom.*1. *cap.*1. *tit.*53. *Exemplo* 1., ſic ait. *Anno MCDLXXVI. defunctus eſt Iacobus Picenus, cuius Corpus Neapoli ſepultum eſt. Eius fama celeberrima fuit apud varias Nationes, cum proptèr rerum Sacrarum Conciones, tùm maximè ob Sanctitatem Diuinis Operibus conteſtata. Intèr alia verò, quæ mirabilitèr egit, eſt illud Brixiæ Iudæus Puerum Chriſtianum ſtrangulauit, mortuumque Parieti incluſit; Parentes eum quatuor dies quæſierunt, Sanctus vbi eſſet diulgauit, deiecto Pariete eduxit; Viuumque Patri reſtituit. Brandeburghi Cæco Lumen, muto loquelam reddidit. In Bohæmia plurimi Hæretici petierunt ab eo, vt Poculum veneno plenum, quod ipſi miſcuerant, biberet, ſic enim dixerunt, credemus, bibit ille intrepidus, nihilque eſt læſus. Neapoli defunctus, Puellæ Cæcæ lumen, mutæque vſum linguæ reddit, in qua Vrbe innumera viſuntur Miracula in Tabellis ad eius Sepulchrum depicta.*

# *De Ornatu Sacelli, in quo Beati Viri Corpus aſſeruatur.*

Prætioſiſſimum huius viri Corpus conditum eſt, vt modò diximus in Eccleſia Beatæ Virginis, quæ dicitur della noua in Sacello, & Sepulchro peculiari, quo cum Iudices Remiſſoriales 24. Octobris 1609. viſitandi cauſa acceſſiſſent, vt in primo Proceſſu Neapolitano, inuenerunt Sacriſtiam, vt vocant particularem Sacelli B. Viri pretioſiſſimis veſtibus Sacerdotalibus refertam, necnon Calicibus, Candelabris, & Lampadibus argenteis, ac veſtibus, quibus Tumulus Sancti Viri adornatur, ac in eodem Sacello multa eſſe Donaria, tùm depicta, tùm argentea Sancto huic Viro in Gratiarum receptarum Teſtimonium oblata.

# *De Ornatu Reliquiarum.*

Adeſt præterea Tabernaculum argenteum inauratum altitudinis ſexqui palmi, vbi Chriſtallino vaſe Linteum ſanguine, vt ferunt, Iacobi aſperſum adſeruatur, dùm in ſemetipſum flagellis inueheretur.

Adeſt etiam Arcula Serica purpurei coloris argento vermiculata, in qua Cingulum, & Pileolus Serui Dei cuſtodiuntur, quæ Serico ameniſſimi coloris auro intexto cum effigie B. Iacobi, & Signo Sanctæ Crucis te-

teguntur. In duabus itidem Capſulis ligneis decentèr ornatis conſeruantur duo illius Pileoli, & vaſculum fictile, ex quo Iacobús ſolitus erat bibere, necnon liber. Sermonum eius, vt ferunt manuſcriptus. In eadem viſitatione inuenerunt præfati Iudices duos libros manuſcriptos, in quibus dicuntur deſcripta Miracula Sancti Viri, ac tres alios Codices, in quibus fertur deſcripta eius vita, quorum alter dicitur fuiſſe deſcriptus à Fratre Venantio eius Socio. Hæc autèm omnia non aliam ob cauſam S. V. narramus, quàm ad oſtendendam Iacobi communem Sanctitatis opinionem, quæ etiam ex iſtis deducitur.

## *De Ornatu Sepulchri &c. In quo requieſcit Corpus Serui Dei.*

Proſequentes viſitationem prædicti Iudices die 3. Nouembris 1609. acceſſerunt ad Sepulchrum Beati Viri compluribus vocatis, & adſtantibus, Epiſcopis nempè, & Religioſis, tàm ſæcularibus, quàm Regularibus; necnon dictæ Ciuitatis Neapolitanæ Illuſtribus Viris, quibus Comitati Iudices ad Iacobi Sacellum acceſſere, & primum ibi capſam ex nuce inuenerunt panno ſerico purpureo coopertam, & Clauibus cuſtoditam, ac deindè Luminibus accenſis, Hymniſque decantatis iuſſerunt, illam aperiri, vbi Sac. Corpus Chriſtallina Arca incluſum repererunt, Tunica Serica Almeſina bigei coloris indutum cum cingulo, & Cucullo in Capite, vt Religioſorum mos eſt, accerſitique per Iudices quinque Medici, præſtito Iuramento ſibi ab eis delato, retulerunt iuxtà Peritiam in hunc modum.

*Corpus eſt totum integrum in numero, ſitu, ordine, quantitate, & figura Partium, benè conſtructum, omnibuſque ſuis naturalibus vinculis alligatum, ſua vndique naturali cute indutum, cutis autèm, quæ tanquàm Indumentum Oſſa velat, parum eſt decolorata, ab albo colore ad nigrum modico vergens, minùs tamen in facie, totaque Cutis dura, intenta, & arida videtur, in latere autem ſiniſtro parum eſt abſciſſa, vbi naturalis connexio coſtarum ſuis articulata ligamentis obſeruatur, quinimò in furcula gutturis corroſa modicè videtur, fortàn ex incurſu alicuius animalis externi, totumque Corpus eſt exenteratum, & ſimplici goſſipio repletum, negligentèr, & nulla ad conſeruandum arte adhibita; vultus autem cum omnibus ſuis naturalibus partibus concinne eſt conſtitutus, & ob pilorum radices aſperitatem quamdam repræſentat, excepto naſo, qui quamuis ſit eminens, & ſuis Cartilaginoſis alis apertus, apicem tamèn, & ſeptum demolitum habet; faciei, & capitis naturalis eſt connexus cum Oſſibus Iugalibus, & membra omnia integra, & perfecta habet, præter Carnoſos muſculos, qui in quibuſdam partibus parùm conſumpti ſunt, & areſacti, extremæ partes, velut manus, & pedes omnes ſunt illæſæ, & ſuam naturalem connexionem ſeruant, totumque Corpus nullum prauum effundit odorem, tùm ſitu, tùm putredine emanantem; Et ſubdunt prædicti Medici. Nos ergò ſubſcripti Medici videntes, tangentes, & Olfacientes iſtud Corpus poſt annos ſui obitus 133. vltrà com-*

*mu-*

*munem naturæ legem, itâ conſeruatum iudicamus, & admiramur, & hoc idem teſtamur fidelitèr fide Chriſtianis viris digna. Et in fidem nos ſubſcripſimus.* Hactenùs Medici.

Hanc incorrupti Corporis prærogatiuam, non omnibus Sanctis Deus Opt. Max. impartitus eſt, ſed nonnullis tantùm, quorum aliquos aliàs retulimus in relatione Beatorum Iſidori, & Paſchalis Baylon Ordinis Minorum.

Reliquum eſt Beatiſſime Pater, vt agamus de Miraculis, quæ vna cum Sancta Vita ſaltem de conſuetudine Eccleſiæ requiruntur, ad effectum, vt quis in Sanctorum albo ſcribatur *cap. Venerab. de Teſt.*, *vbi But. num.2. Anan. num.1. Bellarm. num.2. verſ.4. nota, Felin. num.1. Abb. num.1. Innoc. in cap.5. de relig., & Vener. Sanct., & ibidem Hoſt. num.5. verſ. Hoc autem, Io: And. num.4. But. num.7. Silueſt. in Sum. verb. Canonizatio num.1. quæſt.2. verſ. inquiris. Maluet. de Canon. Sanct. dub.3. num.1. & num.37.*, & diximus in relatione B. Thomæ de Villa noua poſt Proæmium *verſ. quod autem*, in relatione B. Thereſiæ de Miraculis *in princ.*, & alibi ſæpiùs, *& quoniam Magna Miraculorum Series examinanda proponebatur, quorum omnium examen, nec erat neceſſarium, nec breui ſpatio temporis perfici poterat*, aliqua ex illis elegimus, & probari cenſuimus, ex quibus huius B. Viri Sanctitas clariùs eluceſcit.

# *Sanatio Gibboſæ Crurium vſu lapſæ.*

1 *Accidit hoc Miraculum anno 1589. circiter, vt colligitur ex citatis Teſtibus Proc. fol.72.74. 79.82.*

Albina Valcaſeria Monialis Neapoli ex præalta ſcala delapſa, laxatis, diruptiſque membris, gibboſa effecta, & Crurium vſu lapſa eſt, adeoùt ſinè aliorum auxilio ſe mouere non poſſet, & Crura non modo effracta, & pendula, verùm etiam humoris, caloriſque expertia cernerentur, Conſulti Medici, omnem ſanitatis ſpem præciderunt. Tres menſes in hunc modum afflictata, tandèm ad Beati Iacobi opem, cuius vitam legebat aſſiduè, & Imagunculam intrà Cubiculum retinebat, intimo Cordis affectu confugit; necnon in S. Maria Noua ad Altare Beati Iacobi rem Sacram fieri curauit, at poſt meridiem, ecce tibi totum Monaſterium reſonare Miraculum, ad quem clamorem conuerſantes vndique moniales, Albinam expeditiſſimè incedentem, nullumque gibbi ſignum præſeferentem conſpexerunt, & vnanimes Deum Mirabilem in Sanctis ſuis prędicarunt, hanc ſanationem fuiſſe Miraculoſam probant in Proceſſu Neapolitano ſuper *Art.47. primus*, 34., 35., 37., 38., & 86. *Teſtes*.

Nec Teſtium fidem diminuit, quod Teſtes ſint Moniales, & eiuſdem Monaſterij, quià ſuſpicio affectionis, ſi aliqua poſſet oriri; purgatur ex Iuramento *Felin. in cap. inſuper num.1. verſ. & ſi dicatur de probat.*, *Bald. in cap. cum Nuntius in princ. verſ. ſed iſtis eodem tit.*, & Teſtes de Vniuerſitate, quandò de illorum ſingulari commodo non agitur, admittuntur ad ferendum Teſtimonium *Curt. de Teſt. concl.4. poſt num.15. Mand. conſ.10. num.2.*, qui loquitur in Monialibus, & latè diximus in relatione B. Thereſiæ *de Mirac. art.1.*

*Sana-*

# *Sanatio Syderatæ.*

Gratia Ceſtonis Monialis repentino Syderis afflatu percuſſa vocem amiſit, os ei, vt oculus ſæpius diſtorta, & miſerandum in modum facies deformata fuit, adeout monſtro potius, quam homini ſimilis videretur; quæ cum ab alia Moniali monita fuiſſet, vt Beato Iacobo, qui paucis antè menſibus Albinæ eiuſdem Cœnobij Moniali opitulatus fuerat, ſe quam humillimè commendaret, & Oleo Lampadis antè illius Imaginem ardentis vngi ſe iuberet, hortanti mo em gerens, ſe vngendam præbuit; Cumque à Monialibus Beatam Virginem, S. Franciſcum, & B. Iacobum inuocantibus, liquore illo contingeretur, ex templo loqui cæpit, os, oculuſque, ac tota denique facies in priſtinum ſtatum rediere &c.

2 *Accidit hoc Miraculum eodem anno 1589. circiter, vt ex citatis Teſtibus Proceſs. fol. 78. tergo, & fol. 81.*

Factum ſuprà narratum probatur ex Teſtibus 36. 37. & 38. ſuper 47. Art., qui fuerunt præſentes in ipſo actu ſanationis, & preces effuderant Beato Iacobo, vt priſtinam valetudinem ægrotanti impetraret à Deo, & viderunt illam modo, quo ſuprà difformem *Innoc. in cap. cum Cauſam il primo in gloſ. verb. de Cauſis de Teſtib., Salyt. in l. ſolam 3. num. 9. C. de Teſt.*, quia ſenſus non decipitur circa proprium obiectum &c.

Non obſtat, quod dicta Monialis recuperauerit ſanitatem poſtquam vncta fuerit Oleo Lampadis B. Iacobi, quià, cum illud Oleum non haberet aliquam virtutem ad reddendam ſanitatem ex ſui natura, vel ex vi verborum, non tollit vim Miraculi, ſicut nec puluis, quo vſus fuit Chriſtus Dominus Noſter, dùm Cœco lumen reddidit, aliquid de ratione Miraculi diminuit, *Caſtell. de Canon. Sanct. quæſt. 6. verſ. quæro an ſit contra rationem*, vbi refert exempla, *Maluet. eodem tract. dub. 3. num. 92. Pan. in relat. S. Bonauenturæ par. 2. art. 6.*

# *Sanatio à Febri peſtifera, & Lethali &c.*

Ioannes Iacobus de Ianuarijs Scriba, & Incola Neapoli acutiſſima, & peſtifera febri correptus, ac vehementiſſimis doloribus diſcruciatus decima tertia die à Medicis omninò derelictus eſt, ſigna mortis prænuncia, atros vngues, naſum acuminatum, concauos oculos præſeferens. Quem cum eo adductum Frater cerneret, miſeratione motus Beato Iacobo, ſi ei vitam impetraſſet, ſe panniculum, quem vulgò patientiam vocant in illius honorem, quoad viueret, geſturum pollicetur. Intereà Beati pileolum, qui ad D. Mariæ Nouæ Eccleſiam aſſeruabatur, afferri curauit, & precibus à circumſtantibus ad Deum effuſis, eum Capiti moribundi Fratris impoſuit. Quo peracto ſtatim Infirmus, quem iam ſenſus defecerant, eorum vſum recuperare cæpit. Tùnc Frater votum à ſe factum aperiens, monet, vt ipſe quoque Beati Iacobi opem imploraret, quod, cum ille intimo cordis affectu feciſſet, confeſtim ſe meliùs habere ſenſit, Mediciſque ſequenti die aduocatis, ſe omni morbo liberatum exhibuit, licèt poſteà paucos per dies, quo admodum morbo extenuatus eſſet, lectum tenuerit.

3 *Accidit hoc Miraculum anno 1596. circiter, vt ex Teſtibus citatis Proc. fol. 16. 88. & 97.*

Vt deponit idem met Ioannes Iacobus *ſextus Teſtis ſuper art.9.*, & *Teſtis 24. ſuper 11.*, & *Teſtis 40. & 47. ſuper 46.*, quæ ſanatio cum fuerit inſtantanea, & ideò attribuenda eſt Miraculo *Bellam. in cap. nimirum num.5. 26. quæſt.5. S. Thom. par. cit. quæſt.105. art.8. in Corp.*, & *22. quæſt.113. art.10. in Corp.*, & *Caiet. in d. quæſt.105. par.4. Maluet. de Con. Sanct. dub.3. num.2.*, *Bart. in tract. de Teſt. verſ. qualitas num.57.*, & ſæpiſſimè diximus in alijs relationibus.

# *Sanatio Paralytici.*

4 *Accidit hoc Miraculum anno 1591., vt ex Teſtibus citatis Pro ceſi. fol.13., & 21. ter.*

Dominicus Bernardinus Neapolitanus longo itineris incommodo delaſſatus, quadam die Vitream Phialam hauſurus aquam in manibus ſumens ſentijt repentè diuulſis ad trium digitorum ſpatium neruis à compagibus ſibi brachium velut auelli, & motum prorsùs auferri. Dùm verò ſiniſtra eamdem Phialam comprehendere nititur, idem infortunium paſſus eſt, ſimiliter, & manus introrſum detortæ ſunt, adeout cibum capere nullatenùs valens, ſi nollet Brutorum more cernuus in ædulia incumbere, alieno vti miniſterio cogeretur. Mox eodem modo Cruribus etiam captus, totius Corporis motu deſtitutus, & crebris inſuper vomitationibus conflictatus, affixus lectulo languebat. His calamitatibus inuolutus, cum in irritum cadente Medicorum auxilio nonum iam menſem Dominicus miſeram Animam traheret, nulla vitæ ſpe reliqua, ad Cœleſtem opem confugit, & quadam nocte B. Iacobum, cuius Venerandum Corpus ſæpè inuiſere ſolebat enixè rogitans, vt pro ipſo ad Deiparam Virginem Interceſſor exiſteret, vouit, ſi ex infirmitate conualeſceret, ſe in eius honorem candido amictu vſurum, necnon Tabellam Miraculi Indicem in ipſius ſacellum portaturum, & ſanctiùs in poſterum ſe victurum. Voto non ſine firma fide, ac fluentibus vbertim lacrymis abſoluto, mirandum dictu, viſus eſt ſibi videre Senem Venerabilem Sancti Franciſci habitu amictum, qui Brachia, Corpuſque totum contingens, ſolutos manuum, Brachiorum, humerorum, Crurium, totiuſque Corporis neruos colligauit, atque conſolidauit, & nulla interpoſita mora, brachia, manuſque attollere cępit, eo prorsùs modo, quo Sanus conſueuerat, Cruciſque ſignum efformauit, quod cum Vxor, quæ prædictis omnibus interfuerat, conſpexiſſet, rei nouitate perculſa Miraculum alta voce manifeſtans, Domum omnem gaudio pariter, & admiratione compleuit. Erigere ſe itaque Dominicus cępit, Crura extendere, metare, & alia huiuſmodi præſtare, & duos poſt dies lectum deſeruit, licèt ob imbecillitatem ex tam longo morbo contractam incedere, niſi aliena manu ſuffultus non valeret: Attamen breui perfectam ſanitatem, priſtinaſque Vires, imò maiores conſequutus eſt: Vndè Tabellam, quam vouerat, ad B. Iacobi Sacellum beneficij memor detulit, quæ etiam eo in loco viſitatur. Probatur Infirmitas, & Sanatio ex depoſitione ipſiuſmet Dominici *quinti Teſtis*, & eius Vxoris *octaui Teſtis ſuper art.50.* qui duo ſufficiunt ad probandum Miraculum *cap. omni negocio, & cap. licet. de Teſt. l. vbi numerus ff. eodem*, & in Cauſa Canoniz. loquitur *Felin. in cap. licet ex quadam num.2. verſ. primo caſu*, & *num.47, verſ. quia iſti de Teſt.*, *in cap. nec mirum 16. quæſt.5. num.7. Caſtell. de Canon. quæſt.7. verſ. quæro probatur.*

Alte-

Digitized by Google

# *Alteriu Paralyticis Sanatio.*

5. *Accidit hoc* [illegible] *culum anno* [illegible] *circiter,* [illegible] *Teſtibus* [illegible] *Proc. fol.* [illegible] *& 60.*

Dominicus de Flore Neapolitanus ex Infirmitate male curata in grauiorem incidit, ſiquidem Brachiorum, & Crurium motu deſtitutus, nec in lecto quidem ſedere, nec Cibum, niſi aliena manu ingeſtum, capere valebat. Adhibita fuerunt diuerſi generis Medicamina, ſed fruſtrà; Imò à plerìſque arreptitiùs putabatur. Cum autem tres ampliùs menſes in hoc ſtatu perduraſſet, nullus erat Medicus, qui eum non morti proximum iudicaret. Acciderat, vt Mater eius quolibet die martis in honorem Deiparæ Virginis, quam Conſtantinopolitanam vocant, ieiunare ſolita, omiſſo aliquandiù hoc tam, laudabili Inſtituto, quadam nocte cernere videretur eamdem Virginem ſplendente facie, cæruleiſque veſtibus conſpicuam, ſibi dicentem, ipſam, ſi priſtinum abſtinentiæ morem non deſeruiſſet, Filij ærumnas viſuram non fuiſſet, ſi tamen ad conſuetudinem eamdem rediјſſet, opem filio ſe allaturam, quæ viſio altera, ac tertia nocte repetita eſt. In Mentem itaque ei venit B. Iacobi Pileolum abingendis Infirmitatibus celebrem à Fratribus S. Franciſci flagitare, quò vnacum eiuſdem Beati Cingulo, Pocilloque fictili, in quo bibere ſolebat, allato, filium eadem Mater certiorem fecit, qui alioquin meſtus non mediocri gaudio perfundi viſus eſt. Precibus deindè ad Deum, ac Sanctos effuſis, cum dicti Fratres S. Franciſci Infirmum ſedere iuberent, is, qui morbo durante ſedere non potuerat, maximo cum omnium ſtupore reſedit, cum Beati Pileolus capiti eius impoſitus, gutturique Cingulum appenſum eſt, & aquam in eodem pocillo ad bibendum porrectam, qui priùs glutire non niſi egerrimè poterat, alacriter bibit, ex quo melius habere, eodem die cibum proprijs manibus ſumere cæpit. Octaua deindè noctis hora Matrem à Somno excitans, lumen poſcit, ad quem, dum Mater pergeret, magna voce Nomen Ieſu clamantem intellexit, viditque filium præ gaudio geſtientem, ſurrexiſſe, ſtetiſſe, ac de Lectulo exiјſſe. Quo viſo ſtupefacta Mulier Virum, cæteroſque Domeſticos feſtina aduocabat, Miraculum clamitans, Deiparæ Virgini, ac Beato Iacobo gratias agens, orta demùm luce, Lectum Dominicus deſeruit, expeditè quò libuiſſet porrexit, ac priſtinæ Sanitati ſe reſtitutum cognouit.

Duplex in hac curatione videtur interueniſſe miraculum, alterum, quod Beata Virgo tribus continuis noctibus ſe videndam oſtenderit Claudiæ, quæ erat Mater d. Dominici, & hæ apparitiones probantur ex dicto ipſius Claudiæ, quæ licet ſit ſingularis, tamen cum ex natura ipſius miraculi non poſſit niſi vnico Teſte probari, dictum vnius ſufficit *l.* 1. *S. Final. ff. de verb. oblig.* Gabr. *de Teſt. conſ.* 1. *num.* 25., vt in ſimili de apparit. diximus in relatione Beatæ Thereſiæ *in tit. de aliquib. mirabilib. viſis*, & in Relatione B. Petri de Alcantara *in* 2. *part. tit. de aliquib. apparit.*, & quod in probandis Miraculis ſufficit dictum vnius Teſtis, dixerunt maiores noſtri in relatione S. Franciſci de Paula *circa fin.* §. *Videndum eſt*, in relatione S. Raymundi *par.* 2. *art.* 8. *verſ.*, *& quamuis*, *& art.* 4. *Miracul.* 9., & quod dictum vnius Teſtis in facto proprio benè probet, cum non deponit ad ſui vtilitatem *Dec. conſ.* 650. *num.* 9. Adden. ad Afflict. *dec.* 369. *num.* 11. *Gabr. de Teſt.*

 con-

*concl.* 1, *num.* 18. Caſtren. *in l. quicumque num. final. Cod. de de Seru. Legit.* Alterum quod Dominicus ad tactum reliquiarum B. Iacobi ſanus euaſerit, quod probatur ex dicto Claudiæ Matris d. Dominici quæ eſt 23. *Teſtis*, ex dicto Marci Antonij Patris, qui eſt 20. *Teſtis* ſuper art. 54., ex Iuribus in ſuperiori Miraculo citatis.

# *Alterius Febris Peſtiferæ, & Lethalis Sanatio &c.*

6. *Accidit hoc Miraculū an.* 1609. *ut ex Teſtibus citatis Proc. fol.* 129. *t.* 147. *t.* 149 *t.* 157., 158. *t. &* 220. *t.*

DominicusVirginius Mocius Neapolitanus decimo nono ætatis menſe in peſtiferam febrim, ventriſque profluuium incidit, cuius vis morbi tanta fuit, vt Nutricum, quarum ille ſugebat Mammas, lac exſiccaret, iamque eo adductus erat, vt clauſis oculis, demiſſa ceruice moribundus à Medicis deſereretur. Quandò igitur nulla in humanis remedijs ſpes erat, Mater Infantis B. Iacobi Pileolum, Cingulumque afferri curauit. Quod, cum attuliſſent Patres S. Franciſci, & Pileolum capiti aptaſſent, & Cingulum ſuprà ventrem poſuiſſent, ſolitas ad Deum preces effundere cęperunt; Cumque ad verba illa ſuper Ægros manus imponent, perueniſſent, Paruulus illicò oculos aperuit; Caput, quod prius ſubſtinere non valuerat, erexit, tendenſque brachiola ſignificabat, ſe libenter in vlnas alterius ſodalis, qui precibus inſiſtens propè aſtabat, tranſire velle, quem, cum ille ſuſcipere moraretur, ac denuò manus tendentem, tandem ſuſcepit. Iniecit virili collo tenella brachiola ludibundus Puer, & inhibito fletu, quaſi Miniſtrum recuperatæ ſalutis agnoſceret, os ori admoueri non diſtitit, qui amplexus per quadrantem horæ cum perduraſſent; Infans in Lectulo repoſitus, non pauca redditæ ſanitatis ſigna præbuit. Vultus alacrior erat, & viuacior, lumina reſerata, caput erectum, ſomnus per noctem quietiſſimus, Medicíſque à quibus paulò antè deſertus fuerat, prima luce accitis, omni prorſus febri vacuus, & integrè ſanus repertus eſt.

Probatur hoc factum tàm reſpectu morbi, quam Miraculoſæ Sanationis ex depoſitionibus Teſtium de viſu 66. 74. 75. ſuper art. 46., & ex depoſitionibus Teſtium 78. 79., *&* 113. morbus enim cadebat in ſenſum viſus, & tactus Salyc. *in l. ſolam num.* 3. *Cod. de Teſt.* de miraculoſa verò ſanatione dubitari non poteſt, cum Puer ad tactum reliquiarum B. Iacobi oculos aperuit, & liber à febri ſanitatem recuperauerit, & quare in ſignum receptæ gratiæ in vlnas Patris S. Franciſci qui Pileolum, Cingulumque detulerat, ſe recipi innuit, & obtinuit, & deinceps benè ſe habuit, & cum hoc ſuperet Vires totius naturæ creatæ, quæ per varias operationes ſanitatem reſtituere poteſt, ſed non inſtanti, Miraculo eſt tribuendum S. Thom. *par.* 1. *qu.* 105. *art.* 8. *in Corp.*, *& quæſt.* 110. *art.* 4. Archid. *in cap. nec mirum* 26. *quæſt.* 5. *nu.* 6., & ibidem Bellarm. *num.* 3. Maluet. *de Canon. Sanct. dub.* 3. *num.* 53 Gemin. *in cap.* 2. *num.* 7. *de Confeſſ.*

*Puer-*

# *Puerperæ in Extremis laborantis leuatio.*

Iſabella de Alaccona Mendoza Marchioniſſa de Valle maxima Puerperij difficultate premebatur, adeò vt vel ipſam emori, vel Infantem, qui tranſuerſus in Vtero iacebat, ferreo roſtro membratim diſcerptum extrahi neceſſe eſſet, verùm ad tàm inhumanum miniſterium iàm iàm Domeſticorum accinctam TurbamMaritus tantiſper inhibuit, dùm Pileolus, ac Cingulum B. Iacobi, quem ipſe, ac Domus eius vniuerſa venerabatur, ad mulierem iàm prope exanimem deferrentur, quibus allatis, ſupraque Ventrem poſitis, cum Beato ex animo ipſa ſe commendaſſet, ſtatim ſenſit, quaſi manu quadam dimoueri, ac dirigi partum, adeout, non multò poſt in lucem feliciter prodierit, cui in tanti miraculi memoriam Iacobi nomen inditum eſt, vt deponit eadem met Iſabella *Teſtis* 54. ſuper art.48., quæ cum in Vtero fætum geſtaret, benè poterat deponere de doloribus, quos patiebatur, & de modo, quo Infans iacebat in Vtero, & Ioanna Caſtaguera *Teſtis* 55. ſuper eodem art., quæ ſuis manibus experta eſt tranſuerſarium in vtero Puerum geri, & Cornelia de Caro *Teſtis* 56. *ſuper eod. art.*48., quæ paritèr reddit cauſam ſcientiæ, quià vidit, & interfuit, cum quibus concordat Teſtis 113., quod cum factum ſit in inſtanti, & aliter fieri non potuerit, vt bene deponunt ſupradicti Teſtes de certa ſcientia, ac etiam de auditu à Peritis, miraculo eſt attribuendum ex dictis in ſuperiori miraculo.

7 *Accidit hoc miraculum an.* 1589. *vt ex Teſtibus citatis Proc. fol.* 107. 110. *ter.*, *&* 113.

# *Liberatio à Febri &c.*

Succurſus Succurſi Aſculanus per viginti dies febri non modica, licèt quandoque intermittenti, conflictatus, cum ab Amico, vt B. Iacobi auxilium imploraret, eſſet admonitus, ab eoque particulam Tunicæ eiuſdem Beati accepiſſet, eam cum vehementi ardore æſtuaret, Collo appendit, & nuncupato Voto, ter ſe Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam quotidiè quoad viueret recitaturum, dicto citiùs ex febri conualuit, & confeſtim è lectulo ſurgens ad Mariæ Nouæ Eccleſiam extrà Portam Romanam, vbi Beati Iacobi Imago aſſeruabatur, gratias acturus ſe contulit.

Hoc Miraculum probatur ex depoſitione ipſius Succurſus *Teſtis* 65., & *Teſtis* 78. quæ eſt mater dicti Succurſi, & *Teſtis* 80. *ſuper art.*32. qui de ſanitate ſtatim reddita benè deponunt, neſcit enim Spiritus Sancti gratia tarda molimina; Vndè *Matth.*9. dicitur, & facta eſt ſalua mulier ex illa hora, *& Io:* 5. *propè princ.*, & ſtatim ſanus factus eſt Homo: *& Matth.*8. *circà princ.*, vbi legitur, volo mundare, & ſtatim mundata eſt Lepra eius, *& cap.*20. Ieſus tetigit Oculos eorum, & confeſtim viderunt &c.

*Puellæ*

# *Puellæ ex alto delapſæ præſeruatio.*

Puella Septennis Franciſca Moralis Neapolitanæ Ciuitatis Incola, cum gemebunda per Podium non ſatis cautè incederet, ex tertia Domus contignatione ſubita ruina ad Terram delapſa eſt. Quam Pater cadentem videns, fer opem, inquit, Beate Iacobe, & illicò deſcendens Filiolam reſupinam ore cruentam, Oculos clauſam, Linguam, & extantem, & ſemiuiuam adinuenit, quam cum in Vlnas recepiſſet, & Iacobi precibus confidens deorſum retuliſſet, ſollicita cura, Medicos adiuit, à quibus, cum pertractaretur Puella, nihil in ea Liuoris, Tumoriſue, vel vllum, vel per exiguum læſionis ſignum repertum eſt, imò medelis nullis opus eſſe reſponſum, quod ipſa mox Puella comprobauit, ſiquidem nihil mali paſſa, ſciſſo tantummodò ad mirandam magnitudinem induſio, poſt duas horas loqui cœpit, & ſequenti die omninò incolumus è Lectulo ſurrexit.

9 *Accidit hoc miraculum an. 1589. circitèr, vt ex Teſtibus citatis Proc. fol. 25 ter. & fol. 19.*

Dictam Puellam fuiſſe miraculosè præſeruatam Interceſſione Beati Iacobi probari cenſuimus ex *dicto 9. Teſtis ſuper art. 11.*, qui nonus benè deponit, ſe vidiſſe Puellam ex alto loco cadentem, & quod dùm cadebat Puella, Pater illam commendauit B. Iacobo & 7., qui paritèr deponit, ſe audiuiſſe vocem Ioannis Andreæ, qui erat Pater Puellæ, dùm illam B. Iacobo commendabat, & vidiſſe Puellam in Terra iacentem, & comprobatur, quià Puella erat ſeptem Annorum; Locus ex quo cecidit, erat tertia Domus contignatio, Induſium in plures partes diſſectum eſt, quæ omnia ſimul iu icta probant, vt diximus, Puellam fuiſſe miraculosè præſeruatam Interceſſione B. Iacobi, cuius auxilium, dùm Puella caderet, fuit inuocatum.

# *Trabe percuſsi ſeruatio.*

Ioannes Andreas Morales Neapolitanus ſedulus B. Iacobi Cultor, cum veterem Domum ſarciendam curaret, ex Trabibus, quibus ruinoſa moles nitebatur, vna ad Terram repentino caſu præcipitaret, ipſumque recta peteret, Beatum inuocans alibi nixus eſt; ſed fruſtrà, magno enim impetu humerum percuſſit, Hominemque proſtrauit. Veruntamèn confeſtim ſe humo ille attollens, Vicinis, qui vndique ad ruinam confluxerant, ait, nihil ſe mali potuiſſe pati, quod percuſſus humerus alias cum ipſe ægrotaret, grauiſſimè, fuiſſet ab eodem B. Iacobo contactus. Dictum comprobauit Euentus; Nàm pratèr Tuberculum nulla, vel minimæ læſionis ſigna conſpecta ſunt. Rem ſanè mirandam? Trabs illa, quæ nihil huic damni intulerat, eodemque caſu Cæmentarij propè adſtantis os, manumque contriuit, oſtium iuxtà poſitum comminuit.

10. *Accidit hoc miraculum an. 1601. circitèr, vt ex Teſtibus citatis Proc. fol. 19. 28. ter. 39. & 64.*

Precibus B. Iacobi, qui miraculosè Puellam Moralem, vt in ſuperiori miraculo diximus, præſeruauit, fuiſſe etiam præſeruatum prædictum Ioannem Andream Moralem, patet ex dicto Franciſci Moralis *Teſtis* 10., & Pauli de Gaeta *Teſtis* 16. *ſuper art.* 10., qui duo

ſunt

ſunt Teſtes de viſu, & ex depoſitione 7.*&* 29. Teſtium *ſuper art.* 10. qui ſunt de auditu, & coniunguntur, cum tendant ad eumdem finem Bart. *in cap. licèt Cauſam num.* 38. *de probation.* Felin. *in cap. licèt* 47. *num.* 3. *verſ. modò aduerte de Teſtib.*, *&* *ibi Adden.*, Viuian. *Com. op. v. Teſtes ſingulares num.* 3. *op.* 909., licèt ex duobus prioribus Teſtibus miraculum ſit plenè probatum, cum deponant, Trabem rectà via cecidiſſe in humeros Ioannis Andreæ, & ex percuſſione non niſi minimum tumoris in humeris conſpici, qui non derogat veritati huius miraculi, vt diximus in Relatione B. Thereſiæ in miraculo vltimo poſt mortem; ſicuti non derogat, etiamſi percuſſionem cum dolore paſſus fuiſſet, Maluet. *de Canon. Sanct. Dub.* 3. *n.* 52. Caſtell. *eod. Tract. quæſt.* 6. *verſ. Quæro an ſit contra*, & diximus in relatione B. Paſchalis Baylon *in* 4. *Miraculo*; & vlteriùs Trabem, poſt quam percuſſit Io: Andream, percuſſiſſe Cæmentarium, & illi os, & manus contriuiſſe, & Oſtium in Terra poſitum confregiſſe, quæ ſinè dubio oſtendunt, præſeruationem fuiſſe miraculoſam.

## *Mutus loquela donatus.*

Cum Iacobus de Caro Neapolitanus filium haberet nomine Alexandrum à Natiuitate Mutum, quadam nocte Soror illius videre viſa eſt Venerandum quemdam Senem Sancti Franciſci habitu indutum, qui ipſam hortaretur, vt Iacobum Fratrem ſuum moneret, quod ſi filio impetrare loquelam vellet, illum B. Iacobo de Marchia commendaret, & vоueret, quod illum veſtibus S. Franciſci indueret, & facem vnam offerret, ſi loquelam impetraretur à Deo. Expoſuit Iacobo viſionē Mulier, qui illicò cum lacrymis B. Iacobum inuocans, Votum, vt monitus fuerat, nuncupauit; Ipſius deindè Mater Alexandrum mutum Nepotem ſuum ſecum adducens, ad Eccleſiam Diui Laurentij perrexit, vbi cum Miſſæ Sacrificio reuerentèr interfuiſſet, Domumque vnà cum Alexandro rediret, magno cum gaudio Oſtium Alexander pulſauit, atque, vt ſibi aperiretur, pronunciauit, àc deinceps abſque vllo impedimento loquutus eſt.

Probatur hoc Miraculum ex duobus Teſtibus Conteſtibus de certa ſcientia, & publica voce, & fama, ſcilicèt Teſtis 13., & 14. quæ benè deponunt, quod Sanatus antè ſanationem non loquebatur, quod ipſæ erant præſentes, quandò poſt Votum emiſſum incæpit loqui, & plurima verba protulit, & quod ſubſequutis temporibus loquutus eſt ſemper, & in hoc caſu cùm Teſtis 13. ſit Auia Sanati, Teſtis verò 14. ſit Mater, plenè probatur loquelam fuiſſe reſtitutam B. Iacobi Interceſſione, & quod anteà erat mutus Bart. *in leg. Mutus* 4. *num* 3. *ff. de acquir. hæredit.* Felin. *in Cap. cum Cauſ. num.* 5. *in princ. juncto verſ.* 3. *de* [illegible] *de Teſtibus &c.* [illegible].

## *De Dono Prophatiæ.*

Licèt omnes fateantur, & prò comperto habeant regularitèr loquendo morum probitatem ad Prophetiam non requiri S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 181. *art.* 4., & propterea ex hoc ſolo dici non poſſit aliquem eſſe deſcriptum in libro viuentium ſecundum præſentem iuſtitiam, vt do-

cet

cet Auguſt. de Ancon. *de poteſt. Eccleſ. art.* 5. tamèn, ſi cum fide informata, atque cum Excellentia Vitæ, & cum Miraculis coniungatur, multum confert ad Sanctitatem alicuius oſtendendam, vt Doct. *in dicto Cap.* 1. *de Reliq.*, *& Vener. Sanct.* Dum quadam die B. Iacobus Aſculi in Platea, quam vulgò vocant, *dell'Arringo*, Concionem ad Populum haberet, ſubſtitit, genibuſque flexis per quadrantem horæ conticeſcens, ſuſpenſos Auditores habuit; Verùm cum tandèm ſurrexiſſet ſtupentem Turbam alloquutus, ne miremini, inquit, hac enim hora Mater mea è viuis exceſſit, ſumque prò ea Dominum precatus, atque exauditus; Nàm Animam eius ad Cęleſtem Gloriam pertingentem conſpexi; Quo percepto Vrbis Antiani certum Hominem ad Caſtrum Montis Brandani rei ſiſcitandę ſtudio prę miſerunt, qui rem, vt à B. narrata fuerat, geſtam fuiſſe renunciauit &c.

Diuinam hanc reuelationem, ſeù prophetiam probant 36. *Teſtis* in Proceſſu Camerinen. *fol.* 40., *& primus Teſtis* in eodem Proceſſu ſuper 10. *fol.* 52. qui ſunt Conteſtes, etiàm fuerunt præſentes dictæ prædicationi, & viderunt B. Iacobum orantem, & tres alij Teſtes de auditu à maioribus, & de publica voce, & fama in proceſſu Ripæ Transonæ *primus fol.* 3., 9. *fol.* 20., 24. *fol.* 47., & eſſe ſignum Sanctitatis, cum fuerit data ad propriam mentis illuſtrationem. Docet S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 172. *art.* 4. *ad.* 1. Auguſt. Triumph. *de poteſt Eccleſ. quæſt.* 15. *art.* 9., & diximus in relatione B. Paſchalis Baylon: *tit. de prophetia*, cum Homo naturalitèr ea, quæ ſunt ſibi ſecundum locum abſentia, cognoſcere non poſſit, S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 171. *art.* 3. *in Corp.*, & ibi de Eliſeo dicit, quod propheticè cognouit, quæ Giezi Diſcipulus eius in abſentia fecerat, vt habetur 4. *Regum* 5.

Quamobrem &c.

Ego Infraſcriptus omnibus, & ſingulis atteſtor ſupradictam relationem Rotalem fuiſſe repertam in noſtro Archiuio Generali intèr alias ſcripturas ſpectantes ad Canonizationem Beati Iacobi dè Marchia, & in Fidem &c. ex Aracęli die 21. Iulij 1725.

Ego Frater Angelus Antonius Lucenſis Rector Iubilatus, & Archiuarius Generalis,

*R E V I R A.*

# Ioannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.

[illegible]

[illegible]

Digitized by Google

Sacra Rituum

# CONGREGATIONE

Eminentiſsimo, & Reuerendiſsimo D. Card.

# A L B A N O

## Neapolitana, ſeu Aſculana

*CANONIZATIONIS*

# BEATI IACOBI

## DE MARCHIA

*Ordinis Minorum Obſeruantium S. Franciſci.*

# RESPONSIO IVRIS

Ad nouas Animaduerſiones

*Rm̃i Fidei Promotoris*

SVPER DVBIO

*Anconſtet de releuantia eorum, quæ ſuperuenerunt poſt indultam venerationem dicto Beato in caſu &c. & ad effectum &c.*

ROMÆ, Typis Reu. Cameræ Apoſtolicæ 1725.

*Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

# NEAPOLITANA

## *CANONIZATIONIS*

# BEATI IACOBI

## DE MARCHIA

### *Ordinis Minorum Obſeruantium S. Franciſci.*

## Beatiſsime Pater.

1 CVM Vnigenitus æterni Patris filius, Chriſtus Dominus, & Redemptor noſter, qui ſe quotidiè vna cum Patre operari profeſſus eſt, dicens, *cum Pater meus vſque modo operatur, & ego operor*, nunquam deſtiterit mirabiliter illuminare terram ſuam, ſed pro temporum ratione, & locorum, rerumque opportunitate ſuſcitando æternæ gloriæ Candidatos, Sanctis ſuis Eccleſiam Sanctam illuſtrare admirandum in modum conſueuerit, non ſolum, vt in dies addat Domui ſuæ gloriam, & decorem, ſed etiam, vt irradiando humanæ vitæ tenebras, ſplendoribus Sanctorum, accendat charitatem tepentium, & feruentium magis, magiſque augeat amorem, proptereaque eadem Diuinæ mentis prouidentia diſpoſuerit, vt identidem Romanus Pontifex, quem Vicarium ſuum, ac Sacroſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ Præſidem conſtituit, inſignes huiuſmodi Heroes, eterna Sanctorum gloria perfrui declarare, totique Eccleſiæ proponeret honorandos, imitandos, & vt noſtros apud Deum Optimum Maximum interceſſores habendos, ac inuocandos; Ea idcircò, qua decet humilitate, & reuerentia, inſtanter, inſtantiùs, & inſtantiſſimè ſupplicamus, vt per Sanctitatem Veſtram decerni, ac tandem perfici valeat ſolemnis Beati Iacobi de Marchia Sacerdotis Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſeruantia Canonizatio: meretur enim Orthodoxæ Religionis Relator maximus, Eccleſiaſticæ diſciplinæ aſſertor fortiſſimus, Ordinis Seraphici præclarum decus, ac inſigne ornamentum, qui etſi in carne ambulans, in carne non ambulauit, meretur, inquam, vt poſt aſperrimas carnis afflictationes, rigidiſſima, ac longa ieiunia, perpetuaſque vigilias, & omnem denique completam ſeuerioris pænitentiæ auſteritatem, ſupra Eccleſiæ Candelabrum poſitus, luceat ijs, qui in Domo ſunt, quaſi Abel in innocentia, quaſi Enoch in munditia, quaſi Iacob in laborum tolerantia, quaſi Moyſes in manſuetudine, quaſi Elias in ardenti zelo; & ita totus vniuerſus Orbis eius exemplo, ac meritis ad vitam dirigatur æternam.

2 Cum enim in præteritis Informationibus, ac Summario, ſatis demonſtra-

tum dici poſſe videatur, Beatum Iacobum, non in vno tantum, aùt in paucis, ſed in pluribus emicuiſſe, plenaque virtutum gloria, & rerum geſtarum claritate præmaximè excelluiſſe, pium ſanè, & iuſtum eſt, vt eum, quem Dominus merito Sanctitatis coronat, & honorat in Cælis, nos etiam venerationis officio laudemus, & glorificemus in terris, cum ipſe potiùs laudetur, & glorificetur in illo, in quo plenè concurrere conſtat illa omnia, quæ ad ipſam Canonizationem requirit Hoſtien. *in cap. Audiuimus num.6. de relig. & venerat. Sanctor.*, *virtutes ſcilicèt*, *& Miracula ſibi inuicem conteſtantia*: cum itaque, modò abſoluto iàm virtutum examine, nonnulla ex ijs, quæ ſuperuenerunt Miracula, in hac Sacra Congregatione perpendenda proponantur, ex eiſdem, ſi non omnia, tria, vel duo ſaltem à Santitate Veſtra approbanda fore ſperatur, quot nimirum ad Canonizationem ſufficere concors eſt Canoniſtarum ſententia, quam refert, & ſequitur *Contelor. de Canonizat. Sanctor. cap.20. num.9.*, & dixerunt *Auditores Rotæ in relatione Canonizationis S. Hiacynthi tit. de Miraculis, verſ. ſed hic eſt aduertendum, cum Deus operetur Miracula*, vt inquit *Angelicus Doctor 2. 2. quæſt.178. artic.2. in corpor. ad demonſtrandam Sanctitatem alicuius, quem vult proponere in exemplum virtutis* = & priùs præclarè dixerat Diuus Gregorius in Homilia Aſcenſionis verbis illis = *Miracula hominem Sanctum non efficiunt, ſed illius Sanctitatem demonſtrant*, cumque refert *Bordon. oper. part.3. de Canonization. reſol.113. num.29. tom.4. fol. mihi* 133. vbi, quod Miracula poſt mortem edita, ſunt certum argumentum, ac ſignum Sanctitatis Seruorum Dei; & quamuis Reuerendiſſimus Fidei Promotor pro ſui muneris inſtituto, quod ſumma laude, miraque exercet ſolertia, nonnulla in ſuis animaduerſionibus duxerit obijcienda, ea tamen nullatenùs efficere poſſe, quin Miracula allata ſint admittenda, ac approbanda, ex infrà dicendis demonſtrabitur.

## Primum Miraculum.

## *Incorruptionis, integritatis, necnon flexibilitatis Corporis Beati.*

5. PORrò inter Miracula, quibus admirabilis Deus in Sanctis ſuis, Iacobi nomen illuſtrare, ac decorare dignatus fuit, maximum illud recenſeror, incorruptionis videlicet, ac flexibilitatis Corporis ab eius obitu, vſque in præſentem diem, omnium oculis, & tactui patens, ob hanc autem ocularem inſpectionem, qua præmonſtratur Venerabile Corpus incorruptum, mira membrorum omnium integritate donatum, atque pulchritudine decoratum, fas eſt ad rem noſtram repetere, quod de admirabili incorruptione corporis cuiuſdam puellæ prædicauit *Diu. Gregorius Turonenſis lib. de gloria confeſſorum cap.35.* ibi = *apparuit puella iuueni ità membris omnibus ſolida, quaſi nuper ab hoc ſæculo fuiſſet abrepta, quid plura? ità apparebat integra, vt dormiens potiùs, quam mortua videretur* = huius verò rei grande, omniumque ſupereminens teſtimonium habetur à Sanctitate Veſtra, quæ in acceſſu ad eius Sepulchrum, optimè agnoſcens hoc excedere vires naturæ, ac euenire nullo pacto poſſe abſque euidenti Miraculo, ſtupendum Diuinæ dexteræ opus admirans,

hæc

hæc quaſi Diuino quodam afflatus Spiritu, protulit = *queſto baſtarebbe à conuertire tutti gl'Eretici del Mondo*: Idque conſtanti animi ſententia confirmauit duabus Epiſtolis informatiuis datis ad Sacram hanc Congregationem, vt ex *Summario additionali noſtræ magnæ poſitionis num.*1. quibus incorruptionis veritatem plenè adſtruens, eam tanti ponderis, ac admirationis eſſe declarauit, vt Iacobi Sanctitatem in dubium reuocari non poſſe comprobaret: Sic olim Gregorius IX. in Bulla Canonizationis S. Antonij de Padua inquit = *Deus fideles ſeruos ſuos, quos ſemper coronat in Cælo, frequenter honorat in ſæculo, ad eorum memoriam ſigna faciens, & prodigia, per quæ prauitas confundatur hæretica, & fides Catholica conſeruetur* = Non ſine igitur ineffabili ſuperni numinis conſilio factum eſſe videtur, vt Cauſæ huius complementum, Sanctitati Veſtræ reſeruatum fuerit, quæ in Supremo Sedis Apoſtolicæ faſtigio poſita, verbis non diſſimilibus ijs, quæ *Ruth. cap.*4. *num.*12. habentur, edicere poteſt vniuerſo Chriſtifidelium Cœtui = *Nos teſtes ſumus &c. faciat Dominus hunc Virum, vt ſit exemplum virtutis, & habeat celebre nomen in Eccleſia*.

4 Exordiendo itaque ab hac admirabili, & nunquàm ſatis celebrata corporis incorruptione; inuincibile pro Miraculo conſtabiliendo argumentum eſſe euincitur illius durationem longiſſimo 250. annorum ſpatio; præter enim alia, quæ in hanc rem afferri poſſent, ex Martyrologio Romano ad diem 19. Iunij atque etiam ex *Annal. tom.*2. *ad ann.*171. *num.*4., habetur præclarum illud, quod Corpora Sanctorum Martyrum Geruaſij, & Protaſij, qui paſſi fuerant d. anno, & die, cum tempore S. Ambroſij incorrupta reperta fuiſſent, id fuit Miraculo adſcriptum, vt notatur in Martyrologio ibi = *Horum corpora Domino reuelante, Beatus Ambroſius ſanguine conſperſa, & ità incorrupta reperit ac ſi ea die fuiſſent interempti*.

5 Et ſanè adeò longæuam incorruptionis durationem, nonniſi Miraculoſam reputari poſſe, benè obſeruat *Pignatel. conſult. canon. tom.*4. *conſult.*95. *num.*41., vbi quamplura exempla ex Eccleſiaſtica Hiſtoria deſumpta ad rem noſtram refert, quibus addi poſſunt ea, quæ tradunt *Gaſpar. Reyes iucund. quæſt.*34. *num.*9. *&* 11. *Matta de Canonizat. Sanctor. part.*3. *cap.*14. *num.*15. *verſ. & licet*, qui teſtantur, longæuas haſce incorruptionis durationes, in tuto ponere Miraculum, cum corruptioni Cadauerum ad ſummum trium dierum ſpatium aſſignetur, adeò quidem, vt ſine Diuinæ potentiæ operatione, Corpus ipſum Chriſti Domini, illo triduo, quo in Sepulchro iacuit, iuxtà naturæ ordinem corruptum fuiſſet, vt notat *Suarez. in comment. ad Diu. Thomam quæſt.*51. *part.*3. in ſolutione ad ſecundum, *Pignatell. ex eodem pariter Diuo Thoma loco mox citat. num.*30. S. *Accedit alia ratio, & venerandæ memoriæ Cardin. Bellarminus agens de notis Eccleſiæ controuerſ. tom.*4. *lib.*4. *cap.*14., de incorruptione S. Franciſci Xauerij hæc ait = *Claruit etiam in Indijs omni genere Miraculorum Beatus P. Franciſcus Xauerius Societatis Ieſu Presbyter &c. denique Corpus eius poſt quindecim menſes à morte integerrimum, & ſuauitèr olens repertum, cum tamèn iacuiſſet per multos menſes calce obrutum, nec dubium eſt, quin vſque ad hanc diem integrum, & incorruptum conſeruetur* = & paulò infrà = *quomodo autem potuit Deus apertius ſententiam ſuam explicare, quàm tribuendo vni donum ſingulare Miraculorum, & conſeruando Corpus eius præter naturæ ordinem perpetuò incorruptum?*

6 Rectè autem eiuſcemodi incorruptio referenda eſt ad ſupernam potentiam vltrà naturæ vires operantem, nam, vt ex Philoſopiæ præceptis, & lumi-

ne, Diuinis etiam oraculis, perpetuoque omnium, tùm præſentium, tùm præteritorum ſæculorum experimento edocemur, nemo eſt, qui dubitet, aut dubitare poſſit, corpora noſtra ex inuariabili naturæ lege corrumpi, atque putreſcere; quia contrarijs compoſita humoribus, debent diſſolui, & ad putredinem diſponi, vt tradit *Diuu. Thomas in opuſcul. quæſt.2. cap.152. in princip.*, quam ineuitabilem naturæ neceſſitatem contemplans *Hippocrates lib. de natur. homin.* loquitur his verbis = *rurſus quando corpus humanum interijt, neceſſe eſt ſingula ad ſuam naturam reuerti, humidum ad humidum, ſiccum ad ſiccum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum* = & *Galenus lib.1. de ſanitate tuenda cap.4.* & *lib.5. de ſimplic. cap.5.* ſcripſit = *omnium autèm promptiſſimè putreſiunt, quæ ſanguine prædita ſunt* = & *Zacchias quæſt. Medic. legal. lib.4. tit.1. qu.10.* ait = *quod calido ſimul, & humido temperamento naturæ ſint, quorum vtrumque putredinis principium eſt* = & benè ex his in propoſito notat *Cantelor. de Canoniz. Sanctor. cap.14. num.17.*

7 Rationibus ex philoſophicis principijs, & naturali Corporis humani compagine deſumptis, additur ſuprema illa, ac moralis ratio, quod videlicèt, corruptio, & putrefactio veluti pœna peccati primi parentis peruenerit ad homines: Sicuti enim, mors fuit illius pœna peccati, ità, & etiam diſſolutio compoſiti; cum dictum fuerit primo homini = *puluis es, & in puluerem reuerteris* = *in ſudore vultus tui veſceris pane, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, Geneſ.3.* = quamobrem, ſicut homo non poteſt è pœna mortis elabi, ità nec euitare putrefactionem, niſi adſit aliquid prohibens, vt notat *Diu. Thom.3. ſentent. diſput.21. quæſt.1. artic.2. ad 4.* & proſequitur idem *Cantelor. loc. mox citat.* quoties itaque ex manifeſtis probationibus apparet, Corpus alicuius Serui Dei non putrefactum, ſed incorruptum reperiri, dicendum eſt aliquid prohibens corruptionem adfuiſſe; voluntatem nempè Diuinam, quæ illud Corpus, quod ſibi viuens gratum famulatum præſtitit, incorruptum manere velit, vt ex Diuo Thoma, ait *Pignatell. conſult.95. num.30. S. Accedit alia ratio*; proindeque cum ſit opus ſupra vires omnes naturæ, neceſſario tribuendum eſt Miraculo ex eodem *Diuo Thoma 2. 2. quæſt.176. art.1. ad 3. Gloſſ. in cap.1. verſ. Sedis Apoſtolicæ de reliquijs, & veneration. Sanctor.*, ibique Doctores, *Pignatell. loc. mox citat. num.30. d. S. Accedit*, & dixeruut Auditores *Rotæ in relatione 1. artic.4. de Miraculis S. Thereſiæ Miracul.1. poſt mortem*, vbi iudicarunt hoc Miraculum tamquàm excedens vires totius naturæ creatæ, non quantum ad id, quod fit, ſed quantum ad id, in quo fit; poteſt enim natura dare conſeruationem, & incorruptionem, ſed non homini mortuo, referendum eſſe in ſecundum gradum Miraculorum iuxtà *Diu. Thom. diſput.1. quæſt.105. art.8. in corpor.*, idque tamquam primum Miraculum Sacra Rituum Congregatio admiſit etiam in relatione S. Franciſci Xauerij, vt ex *Pignatel. conſult.242. la 1. num.15. tom.1.*

8 Eiuſcemodi Miraculi claritas magis ſplendeſcit, ſi perpendamus circumſtantias incorruptioni corporis noſtri Beati adiunctas, inter quas prima ſeſe offert mirabilis eiuſdem integritas, in nulla eius parte vitiata: exceptis enim quibuſdam exiguis eius particulis, vulgò reliquijs, deuotionis gratia ſuccifis: totum adeò in ſua naturali integritate, ac ſtatu reperitur, ac perſiſtit, vt nil, quam ſpiritus Vitæ, in eo deſideretur, vt plenè apparet ex *noſtro Summario vbi fol.36. S.1. XL.* Teſtis, & quidem eximius, Vicarius nempè Generalis clar. mem. Card. Cantelmi Archiepiſcopi Neapolitani, ait = *Viddi il Corpo di detto Beato Giacomo diſteſo dentro detta*

*Arca*

*Arca di Marmo, quale era tutto intiero, eccettuatone vna Coſta, che alcuni Padri di detto Conuento diſſero eſſerli ſtata leuata molti anni ſono per riporla nella ſtatua d'argento di detto Beato, e viddi, che era tutto incorrotto &c. perciò detto Corpo era tutto contiguo, nè ſcompaginato in parte alcuna* = & clarius in facto §.16.. Et quod mirabilius eſt, etiam partes magis corruptioni expoſitæ intactæ minimèque vitiatæ, mirum in modum incorruptæ perdurant, quid enim corruptibilius oculo, cuius ſubſtantia conflatur tribus humoribus, tribus venis, & arterijs copioſo adipe, & corpuſculis glandulosis *Matt. de Canonization. Sanctor. part.3. cap.18. ſect.1. num.48.*, & tamen intacti conſeruantur cum eorum globo, & prominentia palpebrarum, vt ex Teſte XX. *fol.20. §.24. Io toccai gl'occhi di detto Beato, nelli quali oſſeruai, che il Globo, che compone la viſta ſtaua pieno, benche coperto dalle palpebre* = & ex Teſte XLI. *fol.38. §.2. verſ. viddi* ibi = *e ſimilmente le palpebri chiuſe, ſotto le quali ſi ſcorgeua eſſerui il frutto degl'occhi, e cedeuano al tocco del mio dito* = quæ ad rem noſtrum conſiderauit bon. mem. Siuibaldus in ponderationibus Medicophyſicis, pro veritate ſuper hoc Miraculo editis, relatis in noſtra magna Poſitione *lit.G. fol.4.* ibi = *confirmatur ex eo quod de oculorum ſtatu deponunt Teſtes &c. iàm verò oculi, vt ex humoribus tribus conglobati aqueo, vitreo, & chriſtallino, omnium primi putreſcere, ac corrumpi ſolent*.

9 Longè verò magis miraculoſa videri debet incorruptio cerebri, quod reliquo exenterato corpore, cranio adhùc integitur illæſum, vt ex Ariſtotile, hiſce, quæ ſequuntur verbis, animaduertit bon. me. Sinibaldus loco mox citato = *ſed omnium maximè miraculoſam imputreſcentiam mihi ſuadet cerebri intra cranium exiſtentia &c. Pars nimirum omnium noſtri corporis humidiſſima, ac putredini obnoxia, quæ propterea omnium prima putreſcere debebat*.

10 Mirabile itidem eſt, quod nedùm, manus, & pedes cum pellucidis vngulis in ſuo naturali ſtatu cernantur, verum etiam vultus ſqualore minimè obſitus, ſed ornatus ſuccreſcentibus pilis, perindè ac ſi biduo antè abraſi fuiſſent, colore etiam quodam reuideat, de quibus ſanè ſignis ratio habita fuit in Canonizatione S. Riccardi per Vrbanum IV. *Conſtit.3. §.9.*, & in Canonizatione S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis per Clementem IX. *Bullar. Carmelit. tom.2. pag.565. §.38. & 30.* ibi = *candorem ſeruat caro in artubus* = prout etiam illa animaduertit clar. me. Card. de Monte in relatione facta in Conſiſtorio ſecreto ſuper vita, & ſanctitate S. Franciſci Xauerij, quam refert *Pignatell. poſt conſult.196. tom.10. num.46. ſub titul. de Miraculis*, vbi poſtquam deduxit pro primo Miraculo, Corporis incorruptionem, conſiderauit in Sacro Corpore colorem naturalem, ac viuacem ibi = *vt color viuax* = Hæc autèm omnia maturè perpendendo, nemo profectò non agnoſcit, in hoc noſtro Beato verificari illud, quod Deus noluit ſanctum ſuum videre corruptionem, vt de minùs circumſtantiata corporis integritate Miraculo adſcribenda tradit *Pignatel. conſult.242. la prima num.15. tom.1. Raynaud. de incorrupt. Cadauer. cap.8. num.5.*, ità ſanè, vt huic noſtri Beati Corpori conuenire videatur elogium, quod Diuus Bernardus ſcriptum reliquit de S. Malachia in eius vita *cap.12. primum, & maximum Miraculum, quod fecit, ipſe eſt*.

11 Etſi maxima hæc ſint miraculoſæ incorruptionis argumenta, adhùc tamèn non minora ſuperſunt: flexibilitas videlicet eiuſdem Sacri Corporis, concludentiſſimè probata *in noſtro Summario. vt plenè demonſtratur in facto, & de qua ex notatis* §.3. habetur omnium maximum, & inuincibile Sanctitatis Veſtræ teſtimonium relatum *in noſtro Summario additionali fol.18.*

vbi

vbi ità legitur = *Vniuerſis, & ſingulis &c. qualiter nos paucis ab hinc annis retroactis, cum eſſemus Neapoli &c. admodum Reu. P. Guardianus Sacrum Beati Iacobi Corpus, & præcipuè caput, & brachia tamquam viui Corporis eleuare, extendere, flectere, & retrahere cæpit, vnde membrorum flexibilitatem in Sacro huiuſmodi Cadauere admirantes mirabilem Deum in Sanctis ſuis venerabundi laudauimus, & Hæreticorum perfidiam aduerſus Sanctorum reliquias inſultantium, ex hoc tantum confundi poſſe aſſeruimus*. De hoc itaque euidenti, & perenni Miraculo, ambigi ampliùs nequit, cum exploratiſſimum ſit, incorruptionem ſemper Miraculo adſcribendam eſſe, ſi cum ea coniungatur permanens etiam flexibilitas Corporis, vt benè diſtinguendo tradunt *Reijs iucund. quæſt.*34. *num.*26. vbi = *quod id libentiùs eſt admittendum ſi Corpus eſt etiam flexibile, Matta de Canonizat. Sanct. d. part.*3. *cap.*14. *num.*14. *in fin.*, & optima quidem ratione moti ità cenſent, quia incorruptio, & flexibilitas proueniunt à principijs omninò contrarijs, illa ſiquidem à ſiccitate, & humidi ſubtractione iuxta ſententiam *Galeni lib.*3. *de die decret. cap.*2. *clauſ.*4., *Zacch. quæſt. Medic. legal. lib.*1. *quæſt.*10. *num.*18., hæc verò ab humiditate ex ſententia *Hippocratis aphoriſm.*71. *ſect.*5., indè autem ſequitur, quod ſi Corpus Beati, omni humiditate depauperatum aridum factum eſt, flexibile eſſe nequeat; Si verò flexibile, & non corruptum, id euenire nequit, niſi ſuperna virtute contrariarum qualitatum effectus prohibente.

12 Accedit his, admiranda mollitudo carnis d. Sancti Corporis ſuperlatiuè probata in noſtra facti §.21., ea enim adeò tractabilis eſt, vt licet preſſa tactui cedat, illicò tamèn ad priſtinum ſtatum redit, id autèm non niſi Miraculo tribuendum eſſe firmant *Matt. de Canonizat. Sanctor. part.*3. *cap.*14. *num.*14. *in fin.*, *Mattheuc. de Canonizat. Sanctor. cap.*47. *num.*31. deque ea meminit Clemens IX. in dicta Conſtitutione Canonizationis S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis §.38. & 39. ibi = *præſeruatis Corporis incorruptio cum mirabili flexibilitate quorumdam partium, in quibus caro tacta, preſſa ex poſt ad priſtinum ſtatum redit* = quod ſi vt proſequitur dictus *Mattheuce. loc. mox citat.*, miraculoſum id certè eſt, *maximè*, ſunt eius verba, *ſi ſit molle, flexibile, & incorruptum non modo ſecundum ſolidiores, & ſicciores partes, verùm etiam quoad molliores, & humidiores, eaſque, quæ ſunt ad putrefactionem magis aptæ* = in dubium reuocari ampliùs non poterit, quin miraculoſa ſit incorruptio Cadaueris Beati Iacobi, nàm noſtri Teſtes expreſsè de hac mollitudine deponunt etiàm quoad partes molliores, & humidiores, & quoad eas, quæ magis ſunt putrefactioni obnoxiæ, Teſtis enim XLI. *fol.*38. ità loquitur = *le gambe, e le coſcie erano ſimilmente coperte di pelle intiera, & incorrotta, che cedeuano al tatto del mio dito* = conſonat XLII. *fol.*39. ibi = *nelle braccia, e nelle gambe oſſeruai l'iſteſſa fleſſibilità, però maggiore nelle braccia, conforme hò detto di ſopra nell'vna, e nell'altra parte al tatto cedeua la pelle, e cedeuano i nerui* = & Teſtis Peritus *fol.*61. ibi = *In oltre hò oſſeruato in molte parti di eſſo Corpo anche la pelle auere moti, che non poſſono cagionarſi, ſe non dalla morbidezza di eſſa, altrimente non ſarebbe arrendeuole conforme oſſeruai, e toccai particolarmente negl'occhi, e ſopra l'Vmero ſiniſtro, oue ſolo toccai, e queſt'iſteſſa morbidezza, & arrendeuolezza al tatto conſerua la pelle nelle coſcie, e parte del torace*.

13 Mirabiliora autèm, ac longè ſupra naturæ vires, & ordinem hæc eſſe dicenda ſunt, perpenſa tùm antiquitate temporis annorum videlicet 250. quibus elapſis, adhuc durat, ac cum incorruptione perſeuerat iàm dicta membrorum flexibilitas, & mollitudo; quippè hæc ſola, non ſine Mi-

raculo,

Digitized by Google

raculo, ſed diuinitus id factum certò demonſtratur, & vt probauimus in §§.11. & 12., & benè conſiderat ſecundus Peritus *in noſtro Summario fol.46. §.7. Nec minus ſupernaturale eſt poſt 224. annos &c. in quibuſdam ſingularibus partibus mollem obſeruari tactum*, & IV. Peritus *fol.56. Sicutì affirmo intercoſtales muſculos etiam molles, vt ſi humatus eſſet poſt quatuor dies* = tùm etiam alijs quamplurimis circumſtantijs, in noſtra facti allegatione, ad quam mè refero, copioſe, & luculenter expoſitis Sanctitati Veſtræ; cui humiliter ſupplico, & etiam, atque etiam exoro, vt animaduertere dignetur, quod Sacrum noſtri Beati Corpus, ſæpiùs contrectatum, aeri expoſitum, & de loco ad locum motum fuit; in qua ſanè contrectatione, quod Cadauer duorum ſæculorum ſpatium longè excedens, in puluerem, ac cinerem redactum minimè fuerit, quis patenti Miraculo non adſcribet, vt in ſimili pro maximo Miraculo conſideratum fuit *à clar. mem. Card. de Laurea in 4. ſentent. tom.4. artic.3. ſub n.35. Pignatell. d. conſult.95. num.4.* loquens his verbis = *tametſi factum non ſemel, ſeù defuncti Corporis ſoliditate, ſeù temperamento ſoli, ſeù frigore conſtringente, ſeù, ex alijs cauſis ſupra narratis, vt Cadauera tardiùs diſſoluantur, diſſoluuntur tamen, & paulatim vitium faciunt, & vix mihi quempiam dederis præfatis tantummodo fultum præſidijs, qui multos poſt annos, ſeù ſæcula, aut mox contrectatus in cineres non abierit, aut multum non deciderit ab ea ſpecie, quam ſecum ad Sepulchrum euexit = Raynaud. de incorrupt. Cadauer. cap.2. num.2. Clauder. de balſamat. Cadauer. cap.2. ſub num.11. verſ. fundamentum enim Gaſpar. de Reijs iucund. quæſt.34. num.1.* ibi = *Cadauera tecta, & concluſa integra ſuis membris ſitum, & figuram retinentibus ſæpiùs conſpiciuntur, tamèn mota vel leui aura contacta intenuiſſimum puluerem, ac cinerem repertis feretris euaneſcere plurimi obſeruarunt.*

14 Quapropter, juſta ſpe confidimus, incorruptionem, de qua agitur, pro vero, & inſigni miraculo habendam, ac approbandam eſſe; nàm quod poſt, tàm grande, ac vetuſtiſſimum annorum 250. tempus, in artubus conſeruetur ad motum obedientia: in carnibus mollitudo, in vultu color, & pili, in membranis mobilitas, & flexibilitas, hæc euenire non poſſunt, ſi deficiat irrigua humiditas, quæ articulos, totamque Corporis compaginem imbuat, viſcoſo videlicet quodam humore è membrana ſpinalis medullæ deriuato, vt docet Galenus *lib. 13. de vſu partium cap. 8. litt. A.*; quod verò poſt mortem perſeueret humiditas iſta, nec ſuccedat exſiccatio, ſecum neceſſariò ferens vniuerſalem rigeſcentium membrorum ad motum impotentiam, id euenire nequit ſine miraculo, cum naturaliter mors ad ſiccitatem perducat, vt pariter docet Galenus *de temperament. cap. 3. litt. C.* ibi = *Sed & mortem aiunt animantium corpora ad frigidum, ſiccumque perducere, quippè mortuos Aliuandas Greci vocant, quaſi nihil humecti in ſe habentes, vtpotè tum caloris abitione exauſtos, tum frigore rigentes* = Vtque alibi innuebamus, magis, magiſque miraculum hoc effulget, ex quo humiditas iſthæc, duobus ſęculis cum dimidio in Sacro hoc Cadauere conſeruata, illud corruptione non contaminauit, quamuis ex Ariſtotelis, & omnium Phyſicorum Sententia, ſit potiſſimum principium putredinis, & ad hanc reſtincto iam naturali calore, & extraneo introducto, naturaliter perducat, Pignatell. *d. conſult.95. n.27. tom.4. Schacc. de not. & Sign. Sanctor. ſect.11. cap.3. §. Sed ratione.*

15 Quæ profectò omnia, & ſi ſingillatim ſumpta incorruptionem hanc miraculoſam, & ſupernaturalem eſſe omninò euincerent, multò certè magis

gis, ſimul iuncta, illam manifeſtam, & apertam reddunt, certoſque nos faciunt myſticæ incorruptionis, quam corpus noſtri Beati obtinuit in vita, Cantelor. *de Canoniz. Sanctor. cap.* 14. *num.* 17. Zacch. *quæſt. medic. legal. lib.* 4. *quæſt.* 10. vt de non adeò longæua: & minùs circumſtantiata incorruptione Cadaueris S. Euphemiæ legitur apud Nicephorum *lib.* 15. *cap.* 14., S. Andreæ Corſini in relatione impreſſa apud Lezzan. *conſult.* 1. *num.*245., & de alijs notat Pignattell. *d: conſult.* 242. *numer.* 15. *tom.* 1., vbi quod Sacra Rituum Congregatio, tamquam primum miraculum conſiderauit incorruptionem S. Franciſci Xauerij; Et iure quidem meritoque, nam Eccleſia in Canonizatione Sanctorum, non reſpicit ſola miracula Sanationum, eaque dumtaxat, quæ immediatè promouent aliquam fidelium vtilitatem, *nam*, ſunt verba P. Philippi à S. Paulo Carmelitæ diſcalceati de Sacris apparitionibus in corpore B. P. Ioannis à Cruce Carmelitæ diſcalceati *part.* 2. *cap.* 5. *verſic. tertio obijcitur, conſtat, plura admittere, quæ in Corporibus ipſorum, vel in eorum imaginibus pro eorumdem gloria Dominus operatur; ita in Bulla Canonizationis Beatæ Thomæ de Aquino, pro verò miraculo fertur mirificus odor, qui ex eius Cadauere emanabat; Incorruptio etiam: & liquor ſuauiſſimus ex Corpore Sanctæ Thereſiæ, pro verò miraculo approbatus eſt.*

16 Iam verò tot, tantiſqua validiſſimis argumentis conſtabilita, Sacri de quo agitur Cadaueris incorruptione, nonniſi diuinitùs poſt plura ſecula, in hodiernam vſque diem perdurante; reliquum modò eſt, vt enodentur contrariæ obiectiones per Reuerendiſſimum Dominum Fidei Promotorem contra illam propoſitæ. Nè autem actum agere dicar, minimè immorabor ijs, quæ ab ipſo oppoſita fuerunt reſpectu tum exenterationis, tùm ſiccitatis carnis, quæ officere nequit, quoties è contrario Corpus eſt flexibile, & tractabile in omni ſui parte, tùm denique reſpectu paruæ cuiuſdam corroſionis carnis in furcula, cum enim de illius principio, & cauſa conſtet, derogari nequit eſſentiæ, & naturæ miraculi: ijs inquam non immorabor; quippè ſingula hæc à Domino Cauſæ Patrono, ſuo ordine diligenter enucleantur, atque explicantur ex *num.* 31. *ad* 39.

17 Sed pergendo ad quartam animaduerſionem, hæc auctoritate Cantelori *de Canonizatione Sanctorum cap.*14.*num.*35. *& ſeq.* vndè ducta eſt, habet, quod nimirum, vt incorruptio Cadaueris miraculoſa reputanda ſit, requiratur, flexibilitatem verificari, ac reperiri in omnibus membris. Ab hac animaduerſione expedire mè poſſem perpendendo verba eiuſdem Cantelori loco mox citato ibi = *Item ſunt ſigna Sanctitatis &c. flexibilitas corporis, ſcilicet, quod Corpus defuncti poſſit in quamcumque partem flecti, ac ſi viueret* = his namque verbis in ſuo recto ſenſu acceptis, præfatus auctor tamquam neceſſarium Sanctitatis ſignum, non efflagitauit flexibilitatem in omnibus & ſingulis Cadaueris partibus, ſed nil aliud requiſiuiſſe videtur, quam quod in partibus retinentibus flexibilitatem, ea reperiretur eo modo, & forma, vt ſi viueret, qualis eſt illa reperta in Corpore noſtri Beati, vt deponit XXXX. Teſtis, nempè Vicarius Generalis Emi Archiepiſcopi Neapolitani, qui his verbis ſe expreſſit = *che eſſendoſi fatte l' eſperienza, la teſta di detto Beato era fleſſibile, e ſi piegaua da tutte le parti, come ſe foſſe ſtato viuente, e l' iſteſſa fleſſibilità coll' iſteſſa eſperienza fattaui, viddi nelle Braccie mani, e gambe, anzi io medemo toccai colle mie mani le ſudette parti, & oſſeruai ancora, che la carnagione era morbida*, vt legitur in *Summario fol.* 36. §. 1. cum quibus con-

Digitized by Google

concordant alij Teſtes; alioquin enim, idem auctor vti debuiſſet illis alijs verbis, videlicet, *totum Corpus flecti debeat in omni, & quacumque parte*, vel his ſimilibus, quæ apta eſſent ad talem neceſſitatem reſpectu vniuerſarum partium connotandam, ad *Text. in cap. propoſuit* §. *Super quo, & in Cap. Oblatæ de appellation.* Sylueſter *in Summ. verb. præceptum quæſt.* 2., Auendan. *reſponſ.* 14. *num.* 2. Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6. *quæſt.* 5. Sanchez. *de matrimon. lib.* 4. *diſputat.* 23. *num.* 2.

18 Verùm pro demonſtrando, quod ad quidditatem, & eſſentiam miraculi, non ſit neceſſe, vt eadem flexibilitas, ſit in omnibus, & ſingulis Cadaueris partibus, non pigebit referre, quod in Cauſa Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis, ita judicio Medicorum Peritorum definitum fuit, per S. Sedem, illius enim corpus, licet circà pulſum dumtaxat, & genu repertum fuerit molle & tractabile vt reſultat ex actu viſitationis dato in *Summario reſponſionis magnæ Poſitionis num.* 5. ibi = *dum premeretur manus circa pulſum, carnem eſſe mobilem, & flexibilem, ſeù palpabilem, itaut preſſa eleuabatur, quod quidem magna admiratione dd. Medici recognouerunt, ingenuè etiam ſupra veſtem tacto, dum ſentiebatur pellem poſt preſſam eleuari*, = & rectè, nàm vis tota, & ratio miraculi conſiſtit in ipſa membrorum tractabilitate, flexibilitate, & mollitudine, quæ cum ab humiditate proueniant, vt antè Galenum ſuperius citatum docuit Hipocrates *aphoriſm.* 71. *ſect.* 5., euidens inde fit, eiuſcemodi incorruptionem tribui non poſſe naturæ, neque miniſterio artis, ſed ad miraculum referendam eſſe, quia humiditas dubium non eſt, quin vt alibi notatum eſt, ex Sententia Ariſtotelis omniumque phyſicorum, ſit potiſſimum putredinis principium, Zacch. *quæſt. medic. leg. lib.* 4. *quæſt.* 10. *n.* 7. *in fine*.

19 Nec eſt, cur idem Reuerendiſſimus Fidei Promotor opponat ea, quæ obſeruata fuerunt per Galeatium Manſium Peritum adhibitum in recognitione corporis Beatæ Catherinæ de Bononia; nam cum dictus Peritus in præfato Sacro corpore agnouerit, atque teſtatus fuerit aliquas partes parùm, alias nullatenus eſſe flexibiles ibi = *alcune parti poco, altre nulla ſono fleſſibili* = facile euincitur id obeſſe, & applicari minimè poſſe caſui noſtro, in quo clarè demonſtratum fuit, omnia ferè membra, & partes eſſe flexibiles, tractabiles, ac molles, & quidem flexibilitate, tractabilitate, & mollitudine plena, ac verè perfecta, etiam quoad partes molliores, ac humidiores, eaſque, quæ ſunt putrefactioni magis obnoxiæ, vt dixi in §. 12. & habetur ex Teſtibus, & Peritis relatis in noſtra *Facti* §. 21. & 30., qui omnes, uno ore concludunt, id nonniſi præter omnèm naturæ ordinem, diuinitus nempè, fieri potuiſſe; præſertim verò id teſtatur II. Peritus *fol.* 44., vbi poſtquam conſideraiut, matureque perpendidit circumſtantias omnes dictam miraculoſam incorruptionem concomitantes, ſummaque etiam attentione contemplatus fuit mirabile noſtri Beati corpus §. 6. ità concludit = *atque ex his deduco euidenter probari, vt conſtans mibi eſt Sententia, Corporis incorruptionem naturalem, intactamque continuationem quarumdam partium, mollem, blandumque tactum, pariterque flexibilitatem, ac demum ſpiratam odoris fragrantiam intra cauſarum naturalium ambitum non contineri, ſed potentiæ deberi, quæ naturæ mandat, & imperat, vt ita agat, ut ipſe iubet, ideoquo hæc quinque miraculoſa exiſtere conſtanter affirmo* = Ambigi autem nequit; quin talium Peritorum iudicio ſtandum ſit pro dignoſcendo,

comprobandoque miraculo, quia cum naturæ operibus indeſinenter inſiſtant, facilè ea, quæ ab illius operibus deſciſcunt, eiuſque operandi potentiam excedunt,cognoſcere poſſunt, Contelor. *de canonizat. Sanctor. cap.* 18. *num.* 12., vbi notat ità concluſum fuiſſe in relatione S. Franciſcæ, S. Caroli, S. Ignatij in primo miraculo.

20 Et demùm, vt obiectio ſupradicta, penitùs, penituſque elidatur, ſatis eſt, in noſtra hypotheſi animaduertere, quod laudatus auctor dictę miraculoſæ flexibilitatis,veluti exemplum, proponit illam retentam, ac repertam in Corpore noſtri Beati Iacobi ibi = *quod corpus defuncti poſſit in quamcumque partem flecti ſicuti,ſi viueret, vt legitur de corpore Beati Iacobi de Marchia* = unde nulla ratione nulloque colore in dubium reuocari poteſt, quod dicta flexibilitas in noſtro Beato excedat vires, ac ordinem totius naturæ creatæ, quando per ipſum met Contelorum conſideratur, ac affertur pro exemplo veræ ac perfectæ flexibitatis miraculoſæ, quæ eſt ſignum, ac teſtimonium veræ, ac admirabilis Sanctitatis, vt inquit idem Contelorus *d. cap.* 14. *n.* 35.

21 Eoque certiùs, hæc locum ſibi vindicant in caſu noſtro quia inſpecta etiam ratione Iuris, Doctores requirentes haſce circumſtantias flexibilitatis, & mollitudinis, una ſimul cum incorruptione membrorum, loquuntur, & intelligendi ſunt de Cadaueribus eorum, qui ſine fama Sanctitatis deceſſerunt, ſecus verò, ſi agatur de illis, in quibus, talis fama concurrit; incorruptionem namque miraculo adſcribendam eſſe in ijs, qui cum fama Sanctitatis obierunt, veluti rem non dubiam ex mente Diui Thomæ tradit Pignatell. *conſult. canon.* 96. *ſub nu.* 30. Matta *de Canonizat. Sanctor. part.* 3. *cap.* 14. *num.* 3. *in fine*, *& num.* 35. *cum alijs relatis in noſtra Facti* §.42., *vbi in fine*, hac ſola ratione demonſtratur incorruptionem Cadaueris S. Roſæ Limanæ, etiam abſque huiuſmodi circumſtantijs flexibilitatis, & mollitudinis membrorum, inter miracula recenſeri, vt in eius Canonizationis Bulla edita per Clementem X. Conſtitutione 37. §.46. *Præmium ſiquidem*, ex qua Pignatell. *d. conſult.* 95. *num.* 44. inquit = *dignum Seruorum Dei, vt corpora quæ dum viuerent, immortali, ac æterno Deo ſeruierunt poſt mortem immortalitati, ac æternitati integra, & illæſa conſeruentur* = vbi etiam refert, quod Gregorius Præsbyter Cæſarienſis ſcriptis mandauit, commune fuiſſe Epiſcopis Catholicis, qui in Synodo Nicęna interfuerunt, vt eorum Corpora, per multa annorum curricula illæſa; & incorrupta permanſerint.

22 Vt etiam non turbat illa alia animaduerſio deducta §.7. *& ſeqq.*, qua obſeruatur, quod = *licet odor à defuncto corpore præmanans*, ſunt verba eiuſdem Reuerendiſſimi Fidei Promotoris, *habitus fuerit*, *& reputatus à Sede Apoſtolica, tamquam ſignum, quod Deus alicuius Serui ſui Sanctitatem teſtari dignatur* = attamèn, in caſu noſtro admitti non poſſit, tùm ex defectu negatiuæ coarctatæ quoad immiſſionem alicuius rei naturalitèr odoriferæ, tùm ex eo, quod in corpore noſtri Beati inuentum fuit Goſſipium madefactum, ex quo conijci poſſe dicitur, illud fuiſſe liquore balſamico aſperſum, proptereaque incorruptionem miraculoſam reputandam non eſſe; miraculum namque ceſſat, quoties incorruptionis effectus tribui poteſt naturali cauſæ, balſamo nempè, quo Cadauer illinitum fuerit. Verùm neutra contrariæ huius animaduerſionis pars ſubſiſtit.

23 Nam quod attinet primam: plura profectò prò negatiua hac probanda, aſ-

afferre poſſem, quæ tamèn libentèr omittens, quià dilucidè, atque diligentèr deducta fuerunt à D. Cauſæ Patrono; progrediar ad alteram dictæ contrariæ animaduerſionis partem, prò qua elidenda, ſatis erit, humilitèr Sanctitati Veſtræ innuiſſe, quod ſi miraculo ſemper tribuendum eſt id, quod fit ex cauſa, & ratione excedente vires, ac ordinem totius naturæ creatæ, vt ex Diuo Thoma *part. prima ſumm. quæſt.* 105. *art.*8. *in corpor.*, *& ſecunda ſecundæ quæſt.*178.*art.*2., tradit *Contelor. de Canonization. Sanctor. cap.* 18. *num.* 2. cum alijs ibi allegatis, *Zacch. quæſtion. Medic. legal. lib.*4. *tit.primo quæſt.*2. *num.* 9., & dixit Rota in relatione S. Andreæ Corſini *part.*3. §.2. *verſ. primo* videre: ambigi profectò nequibit, quin fragrantia, & ſuauiſſimus odor, qui afflatur è Sacro noſtri Beati Corpore, prodigioſus ſit, tamquam ſuauior, & prorsùs diſſimilis illi florum, & aromatum, omnibuſque alijs, quæ arte conficiuntur, odoramentis, quemadmodùm eiuſcemodi miraculoſus odor deſcribitur à *Ricciull. elucubrat. Eccleſiaſtic. lib.primo cap.* 31. *num.* 9., ibi == *Odor Sanctarum Reliquiarum neque odori florum ſimilis eſt, neque illis, quæ ab vnguentarijs magna diligentia conficiuntur, ſed peregrinus, omnem ſuauitatem ſuperans* == talem verò eſſe iucundiſſimum odorem, quod ſpargit Sacrum hoc Cadauer, vno ore concludunt, tum Teſtes, tum Periti, tum Iudices relati toto huius miraculi Summario: ex illius enim contactu aliquorum manus, & ſudariola imbuta ſuaui hoc odore, illum per plures horas, licet non omnes, eodem temporis ſpatio, retinuerunt, vt plenè ex pluribus Peritis demonſtratur in noſtra facti §. *Quarta circumſtantia num.* 49.

24 Sed hos omnes grauitate, & auctoritate antecellit præſtantiſſimum clar: mem: Cardinalis Cantelmi teſtimonium, qui literis datis ad Sacram iſtam Congregationem, & relatis *fol.*80., hæc habet == *Placuit Altiſſimo, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, nouum Sanctitatis ſpecimen oſtendere in dicti Beati Corpore, & quod non in exordio, ſed circa finem præfatæ functionis ſuauiſſimum efflauit odorem cum aliquibus circumſtantijs recenſitis in examine Peritorum in teſtificatione à me, alijſque Epiſcopis autenticè porrecta, ſed vltrà teſtificari teneor, quod manus meæ vltrà diem integrum contrectati Sacri Corporis odorem reddiderunt, atque ſudariolum omnis prius odoris expers adhibitum prò abſtergendo ſudore ex meo vultu in obeunda functione emanato, tali mox, ac tanto odore fuiſſe imbutum, vt ſuperata excrementitij humoris reſiſtentia, adhuc in præſentiarum poſt annum ſuauitatem aliquam tametſi diminutam, præfati odoris retineat*. En igitur plenè probata miraculoſa peregrini huius, & ſuauiſſimi odoris ex Sacro Cadauere exhalatio, vt benè ad rem noſtram obſeruat *Mattheuc. de Canoniz. Sanctor. cap.* 47. *num.* 32., ibi == *nec miraculo adſcribitur, niſi priùs probetur negatiua, hoc eſt, quod non potuerit prouenire ex aliqua cauſa naturali in Arca, vel Cappella ſecretò repoſita: ſuper quo adhibenda eſt diligentia etiam exacta: Tunc certè odor miraculoſus, & ſupernaturalis cenſendus erit; præſertim ſi ex Peritorum, & percipientium teſtimonio, talis conditionis fuerit, vt exceſſerit quemcumque odorem naturalem, & nulli ſit ſimilis; fueritque, non modo naribus ſuauis, ſed etiam manus, vel veſtes ità affecerit, vt per plures horas, vel dies permanſerit* == Iuſta igitur ratione, de ſimili odore efflato è Cadauere Sanctæ Euphemiæ, tamquam de miraculoſo loquitur *Nicephor. Eccleſ. Hiſtor. lib.*15. *cap.*3., ac de Sancto Franciſco Xauerio Vrbanus VIII. in Bulla Canonizationis == *odorum fragrantiam pronunciauit, vt eſſet ſupra omnia aromata* == *Sanctorum enim Reliquiæ*, vt inquit *Theophridus Abbas ſerm.*



pri:

*primo de Sacr. Reliqu.*, *ſunt vt pretioſæ aromata, & poma odorîfera, quæ ſi quis manu tractauerit, manus eius ab jiſdem odorem ſuſcipit, vt lilia inquam, & pretioſa aromata redolcat nares mortalium miri odoris ſuauitate complent.*

25 Potiori verò iure odor è noſtri Beati Corpore manans, tamquam miraculoſus agnoſcendus, approbanduſque eſt, tùm ex quo, vt deponunt Teſtes formiter examinati, ſi præfatus odor eſſet naturalis, & ab aliqua cauſa artificiali ortum duceret, vtique ſemper efflueret, & ab omnibus promiſcuè perciperetur, vt obſeruat *Pignatell. d. conſult. 95. num. 10. tom. 4.*, & tamen hic, nec ab omnibus ſuſcipitur, nec ſemper efflat, quemadmodùm obſeruatum fuit de odore expirante ex Corpore Sancti Raymundi de Penafort, de quo in *Conſtitut. 77. Clementis VIII. Bullar. tom. 3. fol. 115. §. 52.* legitur == *ſuauis odor quandoque efflat, qui ab jis ſentitur, quos Diuina bonitas eo munere dignatur* == tùm etiàm quià prefatus odor animos adſtantium ſpirituali conſolatione, ac compunctione permulcet, vt deponunt de facto proprio II. Peritus *fol. 48.* §. 9., ibi == *quinto odor ſuauiſſimus eſt, nulli ex communibus odoribus ſimilis, qui internum gaudium, & lætitiam mihi intulit* == & III. Peritus *fol. 52.* §. 16., ibi == *quartò manifeſtè ſupernaturalem agnoſco odoris illam relatam ſuauitatem, tùm quià odoris qualitas id ipſum oſtendit, tùm quià gaudium quod mihi intulit ſupernaturale proculdubio fuit*: quo profectò manifeſtum fit, ſuauitatem illam eſſe cœleſtem, & miraculoſam, vt obſeruat *Signius de veneration. Sanctor. cap. 3.*, vbi ait ſimilem odorem nullius eſſe determinati generis; ſi enim naturalis eſſet, ſpiraculum animi conſolationem excitare non valeret, *Pignatell. dicta conſultat. 95. num. 10. in fine*, ibi == *tùm etiàm quià eſſet tantummodò odor naturalis nullam præbens ſpiritui gratam conſolationem, & ſuauitatem, odor autem emanans è Corporibus Seruorum Dei omnium animos Spirituali conſolatione permulcet, quod eſt ſignum, quo in his rebus ſemper dignoſcitur ſuauitatem cœleſtem eſſe, ac mirificam* == nam bonus odor, vt ait *Diuus Thomas part. 3. quæſt. 83. art. 5. ad 2.*, pertinet ad repræſentandum effectum gratiæ, ſicuti autem bono odore Chriſtus plenus fuit, ſecundum illud *Geneſis 27.* = *Ecce odor filij mei, ſicut odor agni pleni*, ità etiam à Chriſto deriuatur ad ſuos fideles, & amicos iuxtà illud ad *Corinth.* == *Secundum odorem notitiæ ſuæ ſparſit per nos in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus Deo*, & benè ad rem noſtram *Contelor. de canoniz. Sanctor. cap. 14. num. 19.*

26 Suauitas ſiquidem odoris è Cadauere effluentis, oſtendit in illo auctorem ſuauitatis exiſtere *Diu. Gregor. Homil. 38. Diu. Thomas 3. part. quæſt. 83. artic. 5. ad 2. Bordon. controuerſ. moral. 13. num. 24. verſ. odor fragans*, *Matta de Canonizat. Sanctor. part. 4. quæſt. 27. num. 4.*, & 5., ideòque ſine miraculo id fieri non poſſe, *Ricciull. lucubrat. Eccleſ. lib. 1. cap. 31. num. 9.*, ibi == *inter miracula computamus, ſi reliquiæ ſuauem odorem efflauerint* == quippè Cadauer bene olens naturalitèr reperiri nequit, quià bonus odor in Cadauere emanare non poteſt, ex calore naturali, & interno, qui nullus in eo exiſtit, ex calore autèm putredinali, quomodò bonus odor emanabit? Vt per hæc verba probat *Zacch. quæſtion. medic. legal. lib. 4. quæſt. 10. ſub num. 38. tom. primo*, & animaduertit *Pignatell. dicta conſult. 95. num. 10.*, ideòque prò miraculo habuit Sanctus Gregorius fragrantiam Corporis Beati Seruuli, vt in *Dialog. lib. 3. cap. 14.*, ibi == *Sancta illa anima carne ſoluta eſt, qua ſcilicet exeunte, tanta illic fragrantia odoris aſperſa eſt, vt per hoc patenter cognoſcerent quod eam*

lau-

*laudes in Cœlo ſuſcepiſſent, cui rei Monachus noſter interfuit, qui nunc vſque viuit, & cum magno fletu atteſtari ſolet, quia quouſque Corpus eius ſepulturæ traderent ab eorum naribus odoris fragrantia non receſſit* == & plura ſimilia exempla referunt *Pignatell. d. conſult. 95. num. 4., & ſeq., Raynald. in compend. Annal. Eccleſ. ad ann. 836. num. 14., Silueſt. Petraſanctæ in Thaumaſia verb. Religiones tom. 3. cap. 12. fol. 88., & ſeqq.* Et miraculo ſimilem fragrantiam ſæpe etiam adſcripſit Sancta Sedes, vt in Canonizatione Sancti Alberti, *Pignatell. conſult. 192. num. 5. tom. 10.*, S. Thomæ Aquinatis Ioannis XXII. *Conſtitut. 11. §. 9.*, S. Franciſci Xauerij Vrbani VIII. *Conſtitut. 4. §. 4.*, S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Clem. X. in *Conſtitut. impreſſ. in Bullar. Carmelitar. tom. 2. fol. 361. §. 38. & 39.*, & ſimilitèr prò miraculo approbauit odorem, qui effluit è Sepulchro Diui Stephani Prothomartyris in officio eius inuentionis 3. Auguſti, vt in *lect. 5.*, & optimè Auditores Rotæ in relatione Cauſæ Sanctæ Franciſcæ Romanæ *articul. 6. §. Id nos*, primo miraculo adnumerarunt ſimilem odorem; conſiderantes enim ex Cadaueribus mortuorum non niſi fœtorem exhalare poſſe, hiſce concludunt verbis == *Cæterum Deus ad Seruorum ſuorum Sanctitatem manifeſtandam huiuſmodi ſuauibus odoribus eos decorare ſolet; ſunt enim non obſcura Sanctitatis indicia, ideòque in vitis Sanctorum, & Martyrum, & Confeſſorum frequentia extant exempla ſimilium odorum, quos Catholici miraculo tribuerunt*.

27 At verò, ſi, vt Diuinæ virtuti tribuenda ſit ſuauitas odoris ex alicuius Serui Dei Cadauere manantis, non niſi medicorum, Peritorum, & Teſtium iudicio ſtatui poteſt, prout js deferendum eſſe, agnitum fuit in Bulla Canonizationis Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis §. 40., ibi == *continuauit etiam ſuauiſſimi odoris ex ſingulis membris &c. fragrantia &c. adeout plurium medicorum aſſertione, & teſtimonio conſtet, non niſi DIVINITVS prodire ex illo virgineo Corpore tantam fragrantiam* == quantò certè magis, illorum iudicio ſtandum erit in noſtra hypotheſi, ob numerum valdè conſpicuum perſonarum omni exceptione maiorum, dignitate nempè, virtute, probitate, & ſapientia præſtantiſſimorum, fides enim eiſdem præmaximè comparatur, tùm à cauſa ſcientiæ, quam adducunt, vtpotè à pleriſque eorum, ab ipſorum officio, & arte deſumptam, *Rota coram Buratto deciſ. 471. num. 7., ad ornat. clar. mem. Card. de Luca deciſ. 25. num. 11. lib. 7., & deciſ. 2. num. 24. lib. 14.*, tùm ab eorum qualitate, nam alijs ex noſtris Teſtibus fidem conciliat Sacerdotale character, & munus, *Rot. coram Seraphin. deciſ. 1128. num. primo, & in recent. deciſ. 69. num. 27., & deciſ. 815. num. 36. part. 18., & deciſ. 259. num. 8. part. 19.*, alijs verò Eccleſiaſtica, & quidem ſumma dignitas, qua præfulgent, vt benè ad rem noſtram in terminis Canonizationis Sanctorum *bon. mem. Fattinell. in tract. de tranſlation. Penſion. reſponſ. 115. num. primo*; Inſpecta igitur illorum omnium qualitate, & numero, dubium non eſt, quin vtpotè iam ſatis demonſtratum, eluceat miraculum, de quo agitur, vt optimè in noſtris terminis quamplurium auctoritate probat *Pignatell. conſult. canon. tom. 4. conſult. 48. num. 20. in principio*, ibi == *præſertim attenta Teſtium qualitate, & numero; qualitas ſiquidem Teſtium, ac probitas plurimùm roborat depoſitiones &c. & quoad omnia quæcumque licet difficilia creditur, ſi quinque, vel ſex hominum grauiſſimorum oculata fide aſſerentium, ab omnibus credantur indubiè*. Quibus, vſque ſuperque, quam ſatis eſt, ſublata etiam videri poſſet altera contrariæ animaduerſionis pars, nam ſi iucundus odor, quem Sacrum Cadauer ſpargebat, vincebat ſuauitatem cuiuſcumque

na-

naturalis odoris illi minimè comparabilis, quanam iuſta ratione ea mirabilis fragrantia tribui poterat balſamico vllo liquori, aut linimento dicto Sacro Cadaueri ſuperinducto?

28 At non ſola hac coniectura, aut ſolis ratiocinijs, ſed facti quaſi dicam euidentia à D. Cauſæ Patrono §.44. *cum ſeqq.*, ad quem me refero, ſuſpicio quæuis ſuperfuſi balſami, aut vnguenti ſubmouetur. Quemadmodum etiam compertum planè fuit in viſitatione facta anno 1700., cuius occaſione diligenter, & accuratè recognito Sacro Cadauere, nullum in eo extare ſignum, aut veſtigium linimentorum, vnctuoſitatis, vel balſamationis, & quidem nec in partibus exterioribus totius corporis, nec intùs abdomen, retulerunt omnes Periti in noſtro Summario ſuper hoc miraculo odoris expirantis ex corpore Beati *à fol.69. ad fin.*, & præſertim *fol.69.* vbi XLIII. Teſtis primus Peritus adhibitus in actu dictæ Viſitationis ait = *Io come hò detto oſſeruai, che detto odore vſciua dal Corpo di detto Beato Giacomo &c., nel quale non ſi conoſce, che poſſa eſſer ſtato inbalſamato in alcuna parte di eſſo, mentre l'integrità, e l'incorruzione di detto Corpo da me oſſeruata nell'atto di detta mia viſita l'hò ſtimata, e ſtimo prodigioſa, e ſopranaturale, nè può auere origine da Balſamo, anzi auendo oſſeruato minutamente, e con ogni accuratezza, e poſte le mie mani dentro il ventre per vn buco, che ſtà ſotto l'Abdomi in mezzo della pube, e diſteſi detta mia mano deſtra à toccare fino alla gola per la parte interiore di detto Corpo, doue oſſeruai, che non c'era odore, ne aromato alcuno, nè ci riconobbi eſſerci potuto ſtare veſtigio di balſamo, ma riconobbi, che quelle concauità tanto dell'Abdomi, quanto del petto erano piene di ſemplice bambace, & oſſeruai, che detta bambace non daua odore alcuno nè buono, nè catiuo, e perciò di nuouo confermo, che tale odore non abbia potuto auere origine da cauſa alcuna naturale, ma ſia ſtato prodigioſo, e ſopranaturale &c.*

29 Et nemo quippè non videt, quod ſi Sacrum Cadauer odorem vllum traxiſſet ab oleoſis, ſiuè balſamicis liquoribus, & vnguentis, talis odor euanuiſſet, imò illud malè iam oleret, quia poſt aliquod tempus oleum, & oleoſa, quæ analoga vocantur à Philoſophis, rancida fiunt, *Pignatell. conſult.95. num.10. tom.4.*; & aromata corrumpuntur *Gabriel. Clauder. method. balſam. Cadauer. cap.6. ſub num.11. verſ. quamdiù*; atque etiam quia, quod ſanè fortiùs vrgere videtur, ſi ſuaveolentia proueniret à balſamis, hæc, vt alibi dicebamus, naturalis eſſet, & cuilibet odori naturali, ſeù artificiali ſanè non diſſimilis, & adſtantium corda ſpirituali conſolatione permulcere non valuiſſet, quibus idcircò maturè perpenſis, dubium non eſt, quin iuſta ratione ita concludi poſſit cum ſecundo Perito = *quare miraculum ſapere hæc nobis videntur, nimirum Corporis incorruptionem partium continuitatem, blandum, mollemque tactum, quarumdam flexibilitatem, ſpiratam denique odoris fragrantiam, & ſuauitatem*, vt legitur *in Summario fol. 48. §.Huiuſmodi enim Teſtibus ocularibus*, ſeù in arte Peritis, maximè deferendum, vt de Phiſicis Peritis eſt *Text. in l. Septimo menſe ff. de ſtat. homin.*, & præter alios relatos in §.27. tradit *Boer. deciſ.23. num.21., & ſeqq.*, & de Teſtibus de oculari inſpectione deponentibus *Marſil. in leg.1. §.Si Serui num.4. ff. de quæſtion. Pacian. de probat. lib.1. cap.11. num.45.* At quid egemus Teſtibus, dum habemus irrefragabile Teſtimonium, tùm Sacræ Congregationis, tùm Sacræ Rotæ, quæ ſpectatam hanc, & mirabilem incorruptionem dicti Sacri Corporis ſupernaturalem, nec ſine miraculo contigiſſe declararunt, vt optimè refert Reuerendiſſimusmet Fidei Promotor in ſuis animaduerſionibus ſub *num.12.*; quo circà id non eſt ampliùs in diſcrimen, ſeù con-

tro-

trouerſiam reuocandum, iuxtà Decretum Innocentij II. in Epiſtola 192. Dini Bernardi relatum.

30 Fruſtrà verò ab eodem Reuerendiſſimo Fidei Promotore opponitur, quod tametſi, ex hiſce omnibus ſimul iunctis, Incorruptione ſcilicet, & flexibilitate, eiuſdem incorruptionis, ac flexibilitatis perennitate, nec non odore à Beato Corpore promanante, aliquod miraculoſum, ac ſupra naturæ vires oriri, ac emicare poſſet, attamen hæc ſuffragari nullo pacto poſſe ad effectum, de quo agitur, ex quo non ſuperuenerunt poſt indultam venerationem, vt requiritur ad effectum Canonizationis: eorum namque continuatio, vt ipſe ſubdit, nouo miraculo adſcribi nequit; cum incorruptio ſequi potuerit per impreſſionem miraculoſæ qualitatis ab initio diuinitùs eidem corpori factam.

31 Verùm vt breuitati, quo magis fieri poteſt conſulam, omitto verba facere de prima obiectionis parte, cui egregiè ſatisfactum fuit in noſtra facti allegatione, in qua flexibilitatem, & odorem è Sacro Cadauere manantem non præceſſiſſe beatificationem, animaduerſum fuit, tùm ex alijs, & quidem vrgentibus rationibus, tùm ex eo, quod de illis in dicta beatificatione nihil legitur, nullaque in recognitione facta anno 1609., & in Relatione Rotali eorum mentio habetur: inueriſimile autem eſt, mirabilia hæc, quæque tantopere ad ipſam beatificationem obtinendam valuiſſent, præciſiſſe tempus, quo illa enixè petita, & indulta fuit: exploratum namque eſt, negatiuam exiſtentiæ alicuius rei, præſertim verò ſpeciali nota dignæ, propterea que non omittendæ, optimè probatam dici debere ex eo, quod illa penitùs reticita fuerit in deſcriptione, in qua, alia minoris cæteroquin momenti, adnotata, ac perpenſa conſpiciuntur *Soccin. conſ.158. num.11. lib.2. Rot. diuerſ. part.1. deciſ.54. ſub num.4.*, & ferè per *tot. poſt Vrceol. de tranſact. deciſ.72. num.19.*, *& deciſ.74. num.12.*; quæ ſanè regula, potiori iure admitti debet in noſtra hypoteſi, inſpecta tùm ſolertia Iudicum, tùm ſumma Sacræ Rotæ Auditorum ſapientia, certè callentium d. flexibilitatem, & ſuaueolentiam Sacrorum Cadauerum à Sancta Sede tamquam miraculoſas reputatas ſemper fuiſſe, ex qua idcircò adeò inueriſimili omiſſione confirmatur, quod illæ, tunc non adeſſent, aut apparerent, benè expeditur per *Rot. in rec. deciſ.6. num.10. part.13.*, *& deciſ.458. num.3. part.14.* vbi etiam, quod veriſimile valde augeat probationem, quando reperitur coniunctum cum alijs, & apud *Vrceol. d. deciſ.64. num.12.*

32 At quod attinet alteram contrariæ obiectionis partem, pro ea refellenda ſatis erit intueri perennitatem prædictæ incorruptionis, & flexibilitatis durationem, ambigi enim non poſſe videtur, quin ex illis, nouum, ac diſtinctum reſultet, ac eluceſcat miraculum, quo ſanè diuturnius, eo magis celebre, ac conſpicuum. Præmiſſo ſiquidem, quod in quæſtione illa, qua videlicet quæritur, an corporis incorruptio fiat per impreſſionem alicuius formæ, vel per aſſiſtentiam Diuinæ Omnipotentiæ remouentis, & impedientis contraria? S. Antoninus *in Summ. moral. part.3. tit.30. cap.7.* ſequitur opinionem Paludani docentis incorruptionem fieri per per aſſiſtentiam Diuinæ Omnipotentiæ impedientis corruptricem actionem extrinſecæ cauſæ contrariæ, ibi = *eſt alius modus dicendi, ſcilicet quod ipſa impaſſibilitas corporum glorificatorum non erit per aliquam formam inhærentem, ſed ſolùm per Diuinam virtutem aſſiſtentem Beatis, & prohibentem actionem cuiuslibet extrinſeci inferentis paſſionem*, idque probat dicto S. Auguſtini, ſic ſcribentis in Epiſtola ad Coſentium = *ſicuti ab igne fornacis Caldæorum abſtulit Deus virtutem comburendi quantum ad aliquid, quia ſcilicet corpora puerorum illæſa ſeruata ſunt, ſed manſit quan-*

tùm

*tùm ad aliquid, quia ille ignis comburebat ligna, ita auferet Deus ab hominibus corruptionem, & dimittet eis naturam, modo prædicto, ſcilicet impediendo exceſſum actionis in præſeruando ab omni nociuo extrinſeco* = Licet enim Deus Opt. Max. potuerit imprimere Corpori prædicti noſtri Beati qualitatem, qua præſeruaretur à corruptione, non exindè tamen ſequitur, id feciſſe, cum iuxtà magis communem Theologorum opinionem, veriſimilius ſit, abſque talis qualitatis, ſeù formæ impreſſione, Deum præſeruare ſolere à corruptione Corpora Beatorum aſſiduè ſubtrahendo concurſum actioni contrariorum, ſinè illo penitùs inefficacium, qui porrò modus æſtimatur magis conſentaneus, quia eſt ſufficiens, & facilior *Diu. Thom. quæſt.*54. *artic.*4. *diſput.*48. *ſect.*3. *fol.*557. *col.*2. *litt. D. tom.*2., *Suarez. in Comment.*3. *part.*, *& eſt ſententia Scoti in* 4. *ſentent. diſtinct.*49. *quæſt.*13., cum quibus conſonat Cornelius à Lapide in actibus Apoſtolorum 2. 27. *pag.*80. *colum.*2., *in Exod. cap.*3. *pagin.*357. *col.*2. *lit. B.*, vbi de igne Rubum non comburente inquit = *actionem impediebat ſubducendo concurſum, ne ageret in Rubum* = cum alijs quampluribus allegatis in noſtra Facti §.74. *ad plures ſeqq.*

33 Hac autem retenta magis communi Theologorum ſententia, perſpicuum inde fit, præſeruationem à corruptione cum membrorum flexibilitate, & ſua violentia, in Sacro noſtri Beati Cadauere, ſupernaturalem, quoad ſui productionem, ſupernaturalem quoque, & miraculoſam eſſe quoad ſui durationem, & conſeruationem. Quippè ex philoſophicis principijs, vnio duarum qualitatum contrariarum in gradu intenſo coniunctarum, non ſolum eſt miraculoſa initio, ſed etiam progreſſu, ſeù continuatione, cum nullum ſit inſtans, in quo vna qualitas naturaliter non exigat expulſionem alterius qualitatis contrariæ, vt optimè ad rem noſtram diſtinguit clar. mem. Card. Aguirre in Theologia S. Anſelmi *tom.*1. *diſput.*9. *ſub num.*9. ibi = *Verùm quædam exigunt ſolùm ſupernaturale ad ſui productionem, primamue exiſtentiam, quædam verò præterea ad ſui conſeruationem, exemplum enim priorum eſt in ipſa vita reſtituta, aut oculo reddito per miraculum, quo ſuppoſito naturaliter durant inſtar vitæ, aut oculi per naturalem generationem accepti: exemplum poſteriorum eſt in duplici quantitate penetrata, aut duabus qualitatibus contrarijs in gradu intenſo coniunctis, vnio enim earum non ſolùm eſt miraculoſa initio, ſed etiam in progreſſu, ſeù continuatione, quoniam nullum eſt inſtans, in quo vna qualitas naturaliter non exigat expulſionem alterius qualitatis contrariæ in gradu intenſo à ſuo ſubiecto.*

34 Certiùs autem mirabilium horum duratio ſupernaturalis, & miraculoſa prædicanda erit, ſi actio productiua realiter à conſeruatiua diſtincta dicatur ex ſententia, quam à Philoſophis receptam teſtatur *Anton. de Grand. in ſua inſtitut. philoſophic. part.*2. *artic.*14. dicens, rerum conſeruationem eſſe, ac reputari debere tamquam repetitam creationem ibi = *licet res exiſtere inceperit, eius tamen eſſentia non magis exiſtentiam inuoluit neceſſariam, quàm prius quam exiſteret, ac proindè eadem virtute opus eſt, VT IN EXISTENDO pergat, quam ei opus erat, VT EXISTERE INCIPERET* = & clariùs ad rem noſtram *part.*5. *artic.*5., vbi ait = *rerum conſeruatio nil aliud eſt, quam producta, & repetita creatio.*

35 Quæ cum ita ſint, & vt plenè probatum eſt §.11. incorruptio cum flexibilitate, & odore ex Cadauere efflato, proueniant ex contrarijs principijs, & qualitatibus, nulla certè ratione in dubium reuocari poterit, quia eorum duratio miraculoſa omninò ſit; flexibilitas namque mem-

bro-

Digitized by Google

brorum dari minimè valens ſine humiditate, quæ eſt potiſſimum corruptionis principium, ideòque longè differens ab incorruptione, quæ originem ſuam ducit à ſiccitate, & humidi ſubtractione, nouo diſtincto, ac ſeparato miraculo adſcribenda certè eſt.

36 Quippè caſus, in quo aliquid reſtitutum ſuæ priſtinæ naturæ, ac formæ abſque miraculi ope, naturaliter conſeruari poteſt; longè diuerſus eſt à noſtro, in quo priſtina ſublata forma, inducta fuit forma cadauerica quam iuxtà naturalia principia ſequi debebat corruptio ex putrefactione, atque incineratione, per ea, quæ docuit *Diu. Thom. in prima par. to.2. quæſt.82. artic. primo num.215.*, vbi quod omne compoſitum ex contrarijs neceſſe eſt corrumpi, *& 3. part. tom.1. quæſt.14. art.2. verſ. reſpondeo dicendum* ibi = *Alia eſt neceſſitas naturalis, quæ conſequitur principia naturalia, puta formam, ſicuti neceſſarium eſt ignem calefacere: vel materiam, ſicuti neceſſarium eſt corpus ex contrarijs compoſitum diſſolui* = quapropter mirum non eſt, quod prò præſeruando à putrefactione, & corruptione vltimaque compoſiti diſſolutione, opus fuit nouo miraculo, vt benè præter *clar. me. Card. de Aguirre loco citato* tradunt *Scotus 3. ſentent. diſtinct.49. quæſt.13. litt.E. ad 3.*, vbi inquit = *Magis naturale eſt cougere Corpori Beati ad conſeruationem eius contra contrarium corrumpens, quàm coagere contrario in corrumpendo, quia cauſa ſuperior perfectiùs agit cum ſecunda perfectiori, & licet hoc eſſet miraculum de corpore alicuips iuſti, quia tunc eſt tempus mutationis, & actionis mutuæ in corporibus, & pro tunc erit naturale, ſiuè conſuetum ſecundum communem curſum, quod agat ad quietem, ſicut nunc ad motum* = *& Card. Laurea in 3. ſentent. to.4. diſput.21. art.3. nu.112.*, cum alijs allegatis in noſtra Facti §.79.

37 Præclarè hæc omnia confirmantur iudicio bon. mem. Sinibaldi, qui iuxtà naturalis phyloſophiæ præcepta perpendens phyſicam neceſſitatem, qua Cadauera, veluti per gradus corrumpi oportet, dùm priùs putreſcunt, deindè cinefiunt, diſertè probat, Beati noſtri Cadauer, ſine duplici, & diſtincto miraculo à corruptione præſeruari minimè potuiſſe, ait enim = *Paucis me expediam ab hoc ſecundo miraculo, quod realitèr adeſſe fatebimur, ſi memoria teneamus innegabilem illam propoſitionem ſuperiùs expoſitam, quod ſcilicèt omnis homo poſt mortem ex naturæ neceſſitate vergit primò in corruptionem ex putredine, deindè in corruptionem, ex ſiccitate: hactenus primi miraculi exiſtentiam probauimus per ſupernaturalem à putredine præſeruationem, ſed præſeruatio à putredine, non eſt præſeruatio à marcore, & incineratione, ad quam cuncta corpora ſublunaria ſiuè putrida, ſiuè imputrida, tandèm peruenire neceſiè habent, nec ipſis, quidem lapidibus exceptis: cum itaque Beati Cadauer ex naturæ ordine intra 226. annorum ſpatium in cinerem conuerti debuiſſet, & eò celerius, quo maiorem à ſenio, & pænitentijs exicationem nactus erat, vtique ab vltimo marcoris termine, nempè incineratione præſeruatio, ſecundum miraculum eſt iudicandum.*

38 Admiranda hæc incorruptio, quam poſt duorum, & vltrà ſeculorum decurſum, nonniſi diuinitus Sacro Cadaueri impertiri potuiſſe, profitetur egregius ille Phyſicus: longè mirabilior redditur, ſi ad memoriam reuocentur alibi dicta, quæque Sanctitas Sua, ſumma Religione, eximiaque pietate venerata, & mirata eſt. Hodiè dum enim Beati vultui naturalis, ac ſubfuluus ineſt color, cum pilis ſua radice cuti defixis, vt etiam digitorum extremitati, vngues adhùc naturalitèr adhærent, numerantur venæ, muſculi, tendines, quæ ſuis locis diramantur, extenduntur, & figuntur; & totum denique corpus, perindè, ac ſi eſſet recentèr extin-

 ctum,

ctum, ſuum ſeruat colorem. Quæ profectò omnia naturæ vires, ordinemque vniuerſum excedentia, eo potiori iure Diuina virtute, & omnipotentia facta dicenda ſunt in caſu noſtro; quia agitur de Cadauere, quod fuit aeri frequentèr expoſitum, & in dies exponitur; Sæpiùs de loco ad locum transfertur, & ſepiſſimè etiam contrectatur, & excutitur, eidemque detrahuntur veſtes, quæ in fruſta profciſſa fidelibus diſtribuuntur: quiſque autem pro ſua religione, ac pietate ſecum reputet, an id ſine nouo, ac euidenti miraculo, & quidem perenni fieri potuerit, quando experientia compertum habetur, Cadauera etſi integra reperta, neceſſariò in cinerem abire, & in tenuiſſimum puluerem redacta quaſi euaneſcere, ſtatim ac aerem aſpiciunt, magis verò ſi loco moueantur, & contrectentur, vt præter allegatos in §.13. tradit *Gaſpar Reys iucund. quæſt.34. num.1.*, docens, quod licet Cadauera tecta, & concluſa integra ſuis membris ſitum, & figuram retinentibus ſæpiùs conſpiciantur, tamen mota, vel leui aura contacta diſſoluuntur in tenuiſſimum puluerem, ac cinerem, quod labentibus iàm duobus ſæculis cum dimidio, ſi non euenit, id factum dicendum eſt, quia, vt animaduertitur §.32. *& ſeq. Per Diuinam virtutem aſſiſtentem Beatis, & prohibentem actionem cuiuslibet extrinſeci inferentis paſſionem* = diſtincto miraculo, & operatione, corruptio ſubiecti prohibetur, vt aſſentire videtur etiam *Diu. Thomas part. prima quæſt.104. artic.1. incorpor.*, vbi quod ille dicatur conſeruare, qui remouet corrumpens, *& Cornel. à Lapide agens de incorruptione Sacratiſſimi Corporis Chriſti in Act. Apoſt. 2. 27. pagin. 80. column. 2. litt. A.* loquitur his verbis = *Sola vnio hypoſtatica non ſufficiebat ſeruare Chriſti Corpus à corruptione, ſed prætereà requirebatur actio phyſica Diuinitatis, quæ Corpus conſeruaret, & tueretur ab aere, humoribus, aliiſque rebus, quæ corpora mortua corrumpere, ac putrefacere ſolent.*

39 Nec denique omittendum, quod ſi Deus Corpus Noſtri Beati per impreſſionem alicuius qualitatis præſeruare dignatus eſſet, talis præſeruatio nec ab initio, nec vnquam miraculoſa dici fortè potuiſſet. Nàm quod Deus imprimit alicui creato, licet ſit contra particularem formam ipſius creati, attamen non eſt contra naturam ſimplicitèr, cum omnia creata naturalitèr habeant aliquid de potentia reſpectu Dei primi agentis: id autem quod ſimplicitèr non eſt contra naturam, neque etiam eſt miraculum, vt egregiè docet *Diu. Thomas lib. 3. contra Gent. quæſt.100. per tot.*, vbi rationem reddendo ità ratiocinatur = *Cum enim Deus ſit actus purus, omnia verò alia habeant aliquid de potentia admixtum, oportet, quod Deus comparetur ad omnia ſicut mouens ad motum, & actiuum ad id, quod eſt in potentia. Quod autem eſt in potentia ſecundum ordinem naturalem reſpectu alicuius agentis, ſi aliquid imprimatur in ipſum ab illo, non eſt contra naturam ſimplicitèr, & ſi ſit aliquando contrarium particulari formæ, quæ corrumpitur per actionem huiuſmodi* = quapropter, cum nemo non videat, quam temere, ſeù veriùs impiè diceretur, ſimiles incorruptiones Sanctorum Corporum, etiam ab initio miraculo carere; id enim repugnaret iudicio, & praxi huius S. Sedis, quæ infallibili iudicio in pluribus Canonizationibus haſce Sacrorum Cadauerum incorruptiones pro miraculoſis admiſit, ac promulgauit, indè pernecesſè concludendum eſt, præfatam præſeruationem à corruptione, euenire modo ſupra expoſito, non autem per impreſſionem alicuius qualitatis.

40 Similes namque impreſſiones admittendæ non ſunt, tùm quia communi Theologorum ſententia reijciuntur, vt præter Diuum Thomam, aliosque ſupra allegatos probant *Scotus 4. Sententiar. diſtinct. 49. quæſt.13.*, *Suarez.*

*rez. in comment. ad Diu. Thom. quæſt.54.art.4. diſput.40.ſect.3.fol.557. col.2. lit.D. tom. 2.*, & confirmatur exemplo incorruptionis Sanctiſſimi Corporis Chriſti, quod triduo, quo iacuit in Sepulchro incorruptum, virtute Diuina præſeruatum fuit, ex *Diuo Chryſoſtomo Homil.* 84. *in Ioannem tom.3. fol. mihi* 86. *colum. prima lit. A.*, & vt loquitur *Diuu. Thomas 3. part. quæſt.* 51. *articul.* 3. *ad* 2. *Virtus Diuina Corpus Chriſti à putrefactione conſeruauit, ſicuti, & reſuſcitauit à morte* = & clariùs ibi *Suarez. lit. C. tom.2.* = *Neque enim exiſtimandum eſt Corpus illud ſtatim poſt animæ ſeparationem fuiſſe aliqua intrinſeca qualitate effectum, quæ cum habeat reſiſtendi omni corrumpenti, omnemque peregrinam alterationem impediendi, hoc enim ſine vllo fundamento, vel auctoritate fingeretur*, tùm etiàm quia ſi illius qualitatis productio ab initio habetur prò miraculoſa, *cum conſeruatio ſit continuata productio*, miraculoſa de neceſsè erit ipſa etiam conſeruatio eiuſdem qualitatis, vt præterea, quæ innuebam §.34. probat *Diuu. Thomas lib.3. contra Gent. quæſt.*65. 2.,& egregiè *Cornelius à Lapide in Eccleſiaſt.cap.42. verſ.15. fol.871. colum. prima lit.C.*, vbi poſtquàm demonſtrauit conſeruationem creaturæ aliud non eſſe; quam creationis eius continuationem, indè concludit, quod Creaturæ ſingulis momentis, quibus à Deo conſeruantur, quaſi à Deo creantur, id illuſtrans exemplo illo videlicet = *Sicut radij pendent, ab influxu ſolis; itaut ſi ſol ſe ſubducat,illicò radij euaneſcunt; ſic pariter,ſi Deus ſuum influxum ſubduceret illicò totus Mundus in ſuum nihilum, ex quo per creationem à Deo eductus eſt, rediret, & relaberetur.*

41 At cur his vtimur argumentis quaſi res dubia dici poſſe videatur, quando Sancta Sedes Apoſtolica, præuio Sacræ Rituum Congregationis examine, intèr miracula ſuperuenta poſt Beatificationem, ac pro nouo miraculo, ad præciſum effectum, de quo agitur admiſit continuatam corporis incorruptionem, in Canonizatione S. Ludouici Bertrandi, & ſucceſſiuè in Canonizatione S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, *vt in Bulla Canonizationis eiuſdem* §.38. & 39. ibi = *Decreuit conſtare de quinque miraculis, poſt indultam Beatæ Venerationem conſequutis, præſeruauit enim corporis incorruptionem* = quapropter cum nulla aſſignari poſſit differentiæ ratio inter caſus, quos modo retulimus, & eum, de quo hodiè agitur, hic eodem iure, quo illi determinandus erit, nemo enim non ſcit, quod quando circa vtramque rem, & caſum, eadem uiget ratio, conformi paritèr diſpoſitione, ac iudicio dijudicari debeat ad *Text. in leg. illud ff. ad leg. Aquil.*, aliaque iuris loca relata per *Thabor. axiom. iur. lib.* 16. *cap.*7. *axiom.* 13. *verſ. tametſi enim*, *Rot. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. lib.*4. *deciſ.*18. *num.*91., & quod ſemel S. Sedis iudicare conſueuit, ſemper, & in omni caſu iudicandum ſit, eſt *Text. in cap. in Cauſis, ibique Gloſ. verb. in ſimilibus de Re Iudic. Pignatell. conſult.*44. *ſub num.*26. *verſ. primò quia to.*1. *Rot. in Hiſpalen. Proceſſionis* 28. *Iunij* 1700. §.*Ab hac autèm coram bo.me. Anſaldo.*

42. Nec obeſſe poteſt, quod contrarium fuerit reſolutum in Cauſa Canonizationis S. Catherinæ de Bononia; nàm ea tantum ratione in illa Cauſa continuatio iſthæc incorruptionis nouo Miraculo non fuit adſcripta,quià nempè deficiebat ſuppoſitum continuationis Miraculi, dùm Venerabile illius Corpus repertum fuit exſiccatum ſine carne, ſine mollitie, ac ſub nigrum,& ſic nequaquam in ſtatu incorruptionis propriæ, vt fuerat tempore Beatificationis, quemadmodum habetur ex voto Angeli Modij Phyſici Periti ex officio electi §.*Hoc pacto*= ibi = *Hoc pacto igitur reperitur Venerabile Corpus exſiccatum, ſcilicèt ex carne, ſine mollitie, ſubnigrum,*

*& cum aliquibus rimulis in eius cute* ; qui propterea ſubiungit , quod non erat ampliùs in ſtatu miraculoſo , cum quo concordabant quamplures alij Periti , quorum opinionem ſequuta fuit etiam Sacra Congregatio , vt conſtat ex facto concordato , ac ſubſcripto per clar. mem. Card. Carpineum Ponentem occaſione diſputandi dubium , an eſſet procedendum ad finale Decretum Canonizationis , vbi hæc præciſa habentur , ibi = *& ità due miracula* (= ideſt incorruptio , & odor ) *deducta in vltima Poſitione coram Sanctitate Veſtra non fuerunt expreſsè approbata , quià non ſunt permanentia , fuerunt tamèn præſuppoſita iuxtà ſtatum antiquum* : Hinc cum manifeſtè euincatur , quod in illa Cauſa dubitatum fuit de continuatione Miraculi , de qua nullo pacto dubitari valet in caſu noſtro , in quo , vt perſpicuè demonſtrat D. Cauſæ Patronus , nedùm conſtat , quod Corpus noſtri Beati , nullum detrimentum paſſum inter primam , & ſecundam Viſitationem , ſuam mirabilem ſeruet integritatem , & incorruptionem , concludendum propterea erit , quod nouo , & diſtincto Miraculo adſcribenda ſit conſeruatio huiuſmodi Sacri Corporis tàm poſt 250. annorum ſpatium elapſum vſque in hodiernam diem , quàm poſt 133. annos , quot effluxerunt vſque ad primam viſitationem , cum actus conſeruationis pluries renouari , & reiterari debeant , quàm in recenti conſeruatione.

Breuitati conſulens cętera omitto , quia eiſdem plenè iam ſatisfecit D. Cauſæ Patronus .

# DE V. , ET VI. MIRACVLO ,

## Liberationis Nicolai Gambacurtæ à cęcitate cum repetita liberatione ab eadem iterum ipſi ſuperuentà.

43 Progrediendo ad Quinti , & Sexti Miraculi examen , per modum vnius à RR. PP. Conſultoribus perpenſi , ac conſiderati , vt aſſeritur per Reuerendiſſimum Fidei Promotorem ; res dilucidè iam expoſitas per D.Cauſę Patronum inutili labore iterum non repetam : haud tamèn omittam , humiliter ſupplicare Sanctitati Veſtræ , vt animaduertere dignetur , agi de liberatione à morbo cęcitatis , cuius cura tamquam immedicabilis derecta , ac deſerta fuerat à Medicis , quos infelix æger verè cæcus , fruſtrà accerſiuerat , vt ipſemet Nicolaus Gambacurta patiens teſtatur hiſce verbis = *E poi ceſſai di vàlermi d'ogn'altro rimedio , ſi per la ſpeſa , che non poteuo ſoffrire , sì anche perche haueuo depoſto ogni ſperanza di guarire , e continuai sù queſto ſtato di totale priuazione di viſta per lo ſpatio di ſei meſi in circa* = & IV. Teſtis noſtro *Summario fol.* 121. §. 26. ſic ait = *Fù ſtimata , e giudicata incurabile , ſiccome i Medici medemi la giudicarono , e ſtimarono ; per tale effetto diſperandola , abbandonarono la cura , in modo , che rimaſto cieco , non vi applicarono rimedio alcuno* = Miſerrimus itaque homo ſentiens , ob amiſſum oculorum viſum , ſeſe familiæ ſuæ ſuſtentandæ inhabilem prorsùs effectum , ac deſtitutus idcircò omni meliorum rerum ſpe , & expectatione , præcipiti deſperatione , ſeſe in puteum iamiam projicere conſtituerat : at inuiſibili manu retentus , Diuinoque tactus ſpiritu , extremis hiſce ſuis malis , per interceſſionem D. Iacobi , feruidè Diuinam opem

opem implorauit, nec optatâ, & vota, ex animo ab eo facta, in irritum ceſſere: mirabile dictu! non ſolùm illicò, & in inſtanti Cœli lumen, lucemque hanc aſpexit, ſed omnia dilucidè videri, & aeri oculorum contuitu, vt antea, diſcernere cępit, vt pręter plures Teſtes omni exceptione maiores in noſtro *Summario* relatos, refert ipſemet Patiens, eademmet fide, qua exaudiri, & ſanari promeruit = *mentre ſtauo così orando, con dire ſpecialmente al Beato, che Io non mi ſarei partito da quel ſito* (ò vera, & conſtans fides) *ſe non haueſſi riceuuta la grazia della viſta, e mentre diceuo queſte parole ad alta voce, ricuperai ad vn'iſtante tutto il vigore della viſta; come l'haueuo prima* = ex qua ingenti fiducia, perſpicua fide miraculi certitudinem aſtrui ex Sacris Interpretibus tradit Pignatell. *Tom.* 10. *conſult.* 177. *num.* 31. & præſertìm ex Caſſiano *collat.* 9. *cap.* 92. qui ait = *ſignum futuræ impetrationis eſſe, quando Spiritus Sanctus mouet ad petendum magna fiducia, & quaſi ſecuritate impetrandi*: & benè ad rem noſtram perpenderunt Auditores Rotę in relatione Canonizationis S. Caroli Boromei *par.* 3. *tit. de Miraculis Miracul.* 14. §. 4. *Circumſtantia*, quod: *Magna fides Infirmi veriſimilius reddit Miraculum*.

44 Multoque minùs, in dubium reuocari poteſt, quin hæc cæcitatis excuſſio, & viſus, ſenſuſque oculorum ſubita, ac perfecta reſtitutio tamquam inſtantanea miraculo adſcribenda ſit, cum actio inſtantanea ſit ſolius Dei, vt probat Matta *de Canonizat Sanctor. par.* 4. *cap.* 8. *num.* 13. tradens, quod ex vera inſtantaneitate neceſſariò inferri debeat, effectum huiuſmodi procedere à cauſa in inſtanti perfectè operari valente, quod nullatenùs competit cauſæ ſecundæ: Miraculum quippè eſt aliquid arduum, inſolitum, ac præter naturæ facultatem, & ſpem, ac opinionem, admirandum quodpiam opus, ſpectantium eueniens, vt ex Diuo Thoma *par.* 1. *quæſt.* 105. *artic.* 7. *in princip.* tradunt *Rocc. de Canonizat. Sanctor. cap.* 10. *in princip. Zacch. quæſt. Medic. legal. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 17. Bordon. *oper. moral. tit. de Canoniz. Sanctor. tom.* 4. *par.* 3. *reſol.* 113. *n.* 26., Pac. Iordan. *de re benefic. lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 163. *in fin. tom.* 2., & optimè ad rem noſtram Pignatell. *conſult.* 174. *num.* 9. *tom.* 10., vbi quod morborum curatio ſemper miraculoſa iudicari debeat, ſi repentè, ac confeſtim fiat, & à Medicis deſperata, temporis momento perfectè præſtetur, & ſimilem idcircò ſanationem morbi in oculis, ſtatim, & in inſtanti ſequutam, Miraculo tribuerunt Clemens IV. pro Canonizatione S. Heduigis, *Conſtitut.* 9. §. 14. *Bullar. tom.* 1. Leo X. prò Canonizatione S. Franciſci de Paula *Conſtit.* 38. §. 24. *eodem tom.* 1., vt refert idem Pignatell. *dicta conſult.* 177. *num.* 11. & 12. *tom.* 10.

45 Omittam curioſiùs inueſtigare, ac inquirere, in diuerſas Peritorum opiniones diſcrepantium in ſtabilienda, definiendaque idea, & natura morbi, de cuius mirabili ſanatione agitur, id quod primo loco opponitur per Reuerendiſſimum Promotorem: plenè enim his ſatisfit in hodierna Facti §. 1. *& ſeqq.* Sed quicumque fuerit morbus ille, ſiue ſcilicet gutta ſerena, vt cenſuiſſe ſupponitur Peritos de partibus, qui ægrotum viderunt, & curarunt, illiuſque morbum longa obſeruatione introſpexerunt, vel Ophthalmia, aut oculorum inflammatio, vt aſſeruit bon. mem. Lanciſius, vel demùm cateracta iuncta cum Pterigio, ſeù vngue oculorum, vt dixit bon. mem. Sinibaldus. Hanc profectò Peritorum diſcrepantiam obeſſe minimè poſſe reor. Nam id certum eſt, quod ad quamcumque ex his ſpeciebus talis morbus referendus eſſet, grauiſſimus, & inſanabilis prorſus erat, prout vnuſquiſque ex ſupradictis Peritis, iuxta propriam eiuſdem morbi ideam ab ipſis efformatam, faſſus eſt, & plenè apparet non

ſolum

Digitized by Google

ſolum ex noſtro *Summario fol.*112. in quo ipſemet Patiens, ait = *in conſiderazione del mio male incurabile*, & confirmat IV. Teſtis *fol.*121. ibi = *fù ſtimata, e giudicata incurabile, ſiccome li Medici medeſimi lo giudicarono* = & XV. Teſtis Vxor Nicolai Gambacurtæ *fol.* 137. quæ ait = *Et eſſendo venuto detto Santillo* ( qui erat Chirurgus ) *in Caſa noſtra, & oſſeruato li detti occhi di detto Nicola Gambacurta mio marito inteſi, che diſſe, che queſto male era incurabile* = & XVII. Teſtis alius Chirurgus, qui dictæ curationi incubuit *fol.*144. §. 2. ait : *Io diedi per deſperata detta cura, e diedi per incurabile detto male, che così giudicai per non ſapere, che altro medicamento applicarle* : & Teſtis XXIII. alter Chirurgus *fol.* 146. ibi = *dal che Io mi certificai maggiormente, che la detta cecità era incurabile* : ſed etiam perſpicuum redditur ex ijs, quę plenè conſiderauerunt bon. mem. Laneſius, & Sinibaldus, vt perſpici poteſt ex eorum votis relatis in fine noſtræ Poſitionis magnæ.

46 At verò ſi eiuſcemodi morbus ſuaptè natura alioquìn incurabilis, interceſſione noſtri Beati, in inſtanti ſanatus fuit : iſthæc inſtantanea ſanatio, vt iam dicebam, tamquam miraculoſa prædicanda certè erit : quippè non ſolùm morborum incurabilium, ſed illorum etiam, qui difficilis ſolummodò dicuntur curationis, inſtantaneæ ſanationis, & abſque vlla naturę operatione ſequutæ, vtpotè illius vires excedentes, pro miraculoſis habentur : natura enim, quum morbum aliquem depellere nititur, ſemper præbet indicium aliquod motus ad ſanitatem vergentis, vt benè ad rem noſtram Zacch. *quæſt. Medic. legal. lib.*10. *conſil.*4. *à num.*5. *ad* 7. vbi, quod ſanationes omnes miraculoſæ ( vt ex ijs, quæ in Sacris Litteris enarrantur, euidenter apparet ) has conditiones ſortiuntur, vt ſubitò, in inſtanti, illicò, ad Dei, & Chriſti Domini, eiuſque Seruorum nutum factę ſint, & nulli ſucceſſerint naturæ motus, Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap.*17. *num.*8. vbi ex pluribus Sacræ Scripturæ exemplis concludit, quod ſanatio, quæ fit in inſtanti, ſemper miraculosè, & Diuina virtute contingat, Pignatell. *conſult. Canon.*277. *num.*12. *tom.*10. ibi = *Sufficit ergò, quod vis morbi in inſtanti tollatur, vt ſupra eius vires ſanatio contigiſſe dicatur, quià natura non poteſt in inſtanti ſanationem operari, ſed omnis alteratio, & mutatio per ipſam fit in tempore* = & ex Auicenna dixit Rota in relatione B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis *Miracul.* 3. *poſt mortem* §. *Hæc ſanatio.*

47 In tanta itaque miraculoſę huius ſanationis claritate, fruſtra à Reuerendiſſimo D. Fidei Promotore opponitur, quod ſi præfatus morbus fuiſſet gutta ſerena, qualem cenſuerunt Periti, qui Ægrotum curarunt: Periti Vrbis illius ſanationem miraculoſam non pronunciaſſent. Nam, vt dicebam, ſpectanda præcipuè ſemper eſſet inſtantaneitas ſanationis ſine vllo præuio naturæ motu, & operatione ſequutæ. Verùm, quod magis vrget, contraria hæc obiectio, ſublata remanet ex facto, ſi, vt humilitèr ſupplico, animaduertatur, quod pręfati Periti de Partibus, non diiudicarunt dictum morbum prò ſimplici Gutta, ſeù ſpecie Guttæ ſerenæ, ſed expreſsè dixerunt fuiſſe copulatam, complicatamque cum cataracta, vnaque ſimùl cum ſuffuſione, vt habetur ex Teſte XV. Vxore dicti Nicolai *fol.*137. §.44. quæ ait = *Antonio Robuſtelli Medico Chirurgo, il quale fù il primo ad aſſiſtere alla cura di detto mio Marito, e doppo hauerci atteſo, & oſſeruato per qualche tempo i ſuoi occhi, diſſe, che quelli panni erano goccia ſerena, e cataratte, e che era male incurabile* = idem Antonius Robuſtellus Peritus Chirurgus Teſtis XVII. *fol.*143. ibi = *Incorſe in vna cecità, ſeù ſuffoſione di occhi* = & infrà *fol.*244. = *& Io ſtimo, che ſi poteſſe chiamare*

detto

*detto male catarate, e ſpecie di Gotte ſerene* = & infra *fol.* 145. apertiùs id affirmat dicendo guttam, & cataractam, eodem tempore poſſe concurrere in eodem ſubiecto = *Tanto le Cataratte, quanto le Goccie Serene poſſono concorrere nel medeſimo ſoggetto, conforme fù il caſo di Nicola Gambacorta nel quale lo feci giudizio, che furno così le Cataratte, e le Goccie Serene, e però ſtimai, che prima foſſe preceduta la goccia ſerena, e poi la Catatatta, però la viſta la cominciò à perdere detto Nicola, quando principiò il male di detta goccia ſerena, e l'andò ſempre perdendo di giorno in giorno, finche eſſendo ſopragionte le cataratte, che li cagionorono il pannicolo negl' occhi, come di ſopra hò detto, reſtò affatto cieco.*

48 Quapropter, ſi de hac malorum complicatione dubitari non valet, quia expreſsè reſultat ex relatione, & depoſitione Chirurghi Periti, qui Ægrotum vidit, ac morbum curauit, & cui tamquàm in arte perito, dubium non eſt quin ſtandum ſit prò dignoſcenda natura, & qualitate morbi, ad *Text. in leg. Septimo menſe vbi Bald. ff. de ſtat. homin. Matt. de Canonizat. Sanct. part.4.cap.12.num.9. & 10. Capon. contr. forenſ.43. la prima num.11. Rota coram Vbald. deciſ.38.num.5.* clarè inde ſequitur, ex ſubita illius ſanatione, miraculum euidenter emergere, vt benè ad rem noſtram argumentatur *Pignatell, d. conſult.* 177. *num.* 11. *tom.* 10. & ideò præter alia quamplura, & quidem præclara exempla relata in noſtra Facti §. 118. *in fin.* in cauſa Canonizationis S. Ignatij Loiolæ approbatum fuit ſimile miraculum ſubitæ ſanationis in oculis, vt videre eſt in Bulla eius Canonizationis Vrbani VIII. *Bullar. nou. tom.4. in ordine la* 3. §. 40. & expreſsè legitur in Bulla Clementis V. ſuper Canonizatione S. Celeſtini 4. §. 17. ibi = *Mulier quædam ex infirmitate ſic cæca omninò effecta, vt iuuari non poſſet per quæcumque adhibita remedia medicinæ; Cum reliquiam ad oculos applicaſſet, perfectè ſtatim viſibiliter eſt curata* = Et rectè quidem, quia oculorum ſuffuſio, eſt humorum congelatio circa pupillam, quæ viſiuam impedit virtutem. *Aëtius tetrabil.* 2. *Sermon.* 3.*cap.*51. cuius morbi curationem difficillimam affirmant *Galenus lib.4. method. medend. cap. vltim. Ionſtonius lib.* 4. *ideæ medic. art.* 2. *Arculan. in* 9. ad Almanſorem, quos refert, & ſequitur *Pignatell. loc. mox citat.*, idque præclarè confirmauit bon. me. Lancifius in ſuo voto §. *Sed audio* ibi = *Sed audio quendam mè nunc interpellantem, quod Periti in Summario naturam morbi, quo noſter premebatur Gambacurta, vnanimitèr aſſeruerint Guttam, vel ſpeciem Guttæ ſerenæ, ſimulque SVFFVSIONEM, quæ quidem ſi vera fuiſſet complicatio adeò diuturna malorum, non vincibilis, ſed omninò per naturæ vires inuincibilis extitiſſet cauſa cæcitatis, quo corpore, animoque miſerrimus hic Æger torquebatur.*

49 Et ſanè rei veritati obſequendo, ſi remedia ab initio applicata nihil præſidij attulerunt, ſed fortè morbum aluerunt, ſi nec tempore inuocationis, nec paulo anteà remedium vllum adhibitum reperitur, iuſta ratione miraculo tribuenda erit ſanatio illa, quæ tamquam Diuinæ manus opus celebrata fuit à Medicis, & Chirurgis, qui per ſenſum corporis patientem viderunt, & eius infirmitatis qualitatem per medicæ artis præcepta inueſtigantes, mentis acie introſpexerunt, vt plenè conſtat ex noſtro *Summario fol.*116. vbi ipſemet Patiens = *Io ſtimai la ſanatione della mia cecità affatto miracoloſa per l'interceſſione del B. Giacomo, e così fù giudicato da Medici, e da tutte le altre perſone, che mi conoſceuano fol.*128. vbi V. Teſtis ait = *e fù ſtimato, e giudicato per vero miracolo operato da Dio benedetto ad interceſſione del Beato Giacomo, & fol.* 133. vbi VI. Teſtis Sacerdos profeſſus Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſeruantia,

ait

ait = *E che li medici, e Chirurghi, che l'aueuano per prima cominciato à curare, parimente anno ſtimato, e giudicato detta ſua ſanatione operata miracoloſamente per interceſſione del Beato Giacomo, & io per tale l'hò ſtimata, e riputata* = & fol. 145. vbi Teſtis XVII. Chirurgus Peritus admirabundus ita loquitur = *Onde io reſtai eſtatico, e diſſi, che la ſanatione di detta ſua viſta non poteua eſſer altro, che opera della mano di Dio, e lo ſtimai miracolo di detto Beato Giacomo*, & fol. 146. vbi Teſtis XXIII. alter Peritus Chirurgus ibi = *Qual ſanazione della viſta di detto Nicola fù da me ſtimato miracolo per due cauſe, non ſolo perche fù inſtantanea, mà perche la ſanazione fuggiua le forze naturali, e le ſeparaua* = Quibus addi poſſunt ea, quæ habentur fol. 119. vbi III. & IV. Teſtis concludunt etiam, nil dictum, aut auditum in contrarium ibi = *E così anche l'hò riputata io, ſenza ſentirne coſa in contrario* = & fol. 125. vbi IV. Teſtis dicit = *Tanto io, quanto li Medici, e Chirurghi accennati, e le perſone, che anno viſta, e ſentita detta ſanazione, tutti l'auemo ſtimata miracoloſa, nè hò ſentito dire coſa in contrario*.

50 Cum quorum Peritorum, & Teſtium iudicio conſentiunt Periti Vrbis, qui ſuper facto eis propoſito, & relato ſcripſerunt; bon. enim mem. Sinibaldus, excluſa Gutta ſerena, dixit = *Colligo, & concludo ex dictis, quod non duo, ſed tria miracula in Oculis Gambacurtæ ſunt numeranda, viſus nempè recuperatio, eiuſdem noua deperditio, ac tandem vltima, & permanens reſtitutio* = & bon. mem. Lanciſius ſolidè probat = *huiuſmodi ſanationem fuiſſe miraculoſam, & ſecundæ miraculorum Claſſi eſſe adſcribendam* = iſtiuſmodi itaque ſanatio, ex dd. Peritorum ſententia, naturalem operandi potentiam exuperans, mirabilis, & ſupra naturæ vires diuinitùs effecta dicenda certè eſt *Zacchias quæſt. Medic. legal. lib. 4. tit. 1. quæſt. 2. n. 14.*, vbi poſtquam aſſeruit, Sac. Rotam Romanam, vt plenam indubitatamque veritatem aſſequi poſſit, Medicorum ſententiam expoſcere, rationem ſubdit his verbis = *Nos enim, qui naturæ operibus indeſinenter inſiſtimus, facile ea, quæ ab eius operibus deſciſcunt, eiuſque operandi potentiam exigerent, cognoſcere poſſumus* = *Contelor. de Canonizat. Sanctor. cap. 18. num. 12.*, vbi refert ità fuiſſe concluſum in relatione S. Franciſcæ, & S. Caroli in primo Miraculo.

51 Nèc deniquè prò magis, magiſque miraculi huius veritate aſtruenda, omittere debemus publicam vocem, & famam, de qua deponunt VI. Teſtis fol. 133. ibi = *& io per tale l'hò reputata, e ſtimata, o la ſtimo per tale perche fù tanto la prima, come anche la ſeconda recuperazione di viſta di detto Nicola Gambacorta operata in inſtanti nella Cappella, & auanti il corpo del Beato Giacomo, à cui ſi raccomandò detto Nicola in mia preſenza, e di ciò nè è publica voce, e fama publico, e notorio, e maniſeſto* = & XVII. Teſtis Peritus Chirurgus fol. 145. ibi = *E tutti diceuano, che era ſtato miracolo, e che ogn'vno andaua à vederlo per accertarſi ſe detto Nicola era guarito da detta cecità, e per la publica voce, e fama che correua in detta ſtrada del detto miracolo operato per interceſſione del detto Beato Giacomo, e da quel tempo fin'ora hò oſſeruato ſtar bene il detto Nicola con detti ſuoi occhi, & ad eſercitare la ſua profeſſione di Barbiere* = Quæ profectò vndique percrebeſcens fama, cum ſummopere ſemper valeat, probetque rem talem eſſe, qualis communiter reputatur, atque prædicatur *Lotter. de re beneſic. lib. 1. quæſt. 14. num. 40. Corrad. in prax. beneſic. cap. 9. num. 27. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 111. num. 24. Rot. coram Gregor. deciſ. 482. num. 5. coram Penia deciſ. 690. num. 7. & 9.* in cauſis namque Canonizationis plurimum conferre videtur, vt ex *Texto in leg. 3. §. Eiuſdem quo-*

que

*que Principis* ibi = *Alios vti conſentiens fama confirmat* = & *Gloſſa in verb. confirmat ff. de Teſtib.*, ad rem noſtram bene argumentatur *Mattu de Canonizat. Sanctor. par.4. cap.19. num. 22.* vbi probat, quod ſemper ſit articulanda, & quanto melius fieri poteſt probanda, cum ſit aliarum probationum veluti complementum, *Contelor. de Canonizat. Sanctor. cap.18.num.21. & 22. & num.23.* tradens quod, ſi cum dicto vnius Teſtis de viſu, concurrat publica vox, & fama, probata ſaltem per duos Teſtes, miraculum ſemper iuſtificatum dicatur; præſertim ſi, vt contingit in caſu noſtro, agatur de probando miraculo antiquitùs facto, & dixerunt Auditores Rotæ in relatione S. Raymundi *quæſt. 2. artic.10. verſ. Supradictis, & præcipuè S. Hyacinthi propè fin. verſ. ſuperioribus annis; S. Andreæ Corſini par.3. in fin.; S. Ignatij in primo miraculo.*

52 At pluribus aduerſus hæc in ſuis animaduerſionibus §. 24. inſurgit Reuerendiſſimus D. Fidei Promotor, quod ſcilicet, re maturè perpenſa, nihil miraculoſi in prima ſanatione conſiderari poſſit, ac debeat, non ſolùm quia Nicolaus antecedenter verè cæcus, ac totali cecitate laboraſſe dici nequibat, ſed potius cæcutiens erat; verum etiam quia viſu per breue tempus reſtituto; cæcitas iterum redierat; & demum quia, vitium quoddam in oculo ſiniſtro remanſit cum quodam cerulei coloris inuolucro, & carne quadam ſuccreſcente in eodem oculo: Quibus omnibus miraculoſæ ſanationis quidditatem tolli contendit præfatus Reuerendiſſimus D. Fidei Promotor. Verùm contraria iſthæc animaduerſio nulla ex parte ſubſiſtit.

53 Nam quod attinet primam, ea profectò eliditur teſtimonio ipſius ſanati, qui, prò idoneo beneficij accepti teſte, haberi reputarique certè debet ex Diuo Auguſtino *in tract. 21. in Ioannem* ibi = *Qui enim adeptus fuerat ſanitatem, idoneus erat beneficij teſtis* = & conſonat regula Iuris docens Teſti deponenti ſuper facto proprio fidem eſſe præſtandam, ad *Text. in leg. Quæro §. final. ff. de Edilit. Edict. cap. Quoniam de Teſtib., Spad.conſ.68. num.8.tom.1.*; Ab eo autem expreſsè habetur = *che per l'vmidità, che attraſſe la mia teſta trè anni ſono gia paſſati &c. mi calò nell'occhio dritto vn panno, il quale dentro lo ſpazio di due giorni mi tolſe affatto la viſta in detto occhio dritto, e immediatamente dopo vn gran' dolore ſentito nell'occhio ſiniſtro, calò ad eſſo vn panno ſimile à quello del deſtro, in modo tale, che ambedue gl'occhi reſtorno affatto priui della viſta in ſpazio di quattro giorni in circa*; ambigi ergò non poteſt, quod perpenſa depoſitione Nicolai ſanati, idem totali cæcitate laborauerit, dictio enim *affatto*, latiuè *omninò*, ſeù *prorſùs* idem ſignificat, ac *totalitèr*, *& in totùm, Euſeb. practic. concluſ. lit.D.concluſ.323.num.1. & ſeqq. Barboſ. de diction. vſufreq.dict. 240.num.4. & ſeqq. Paulat. diſſert.18.num.7.*, & pleniùs in noſtra Facti, in qua prætereà ex alijs Teſtibus demonſtratur, illum omnimoda cæcitate perſtrictum fuiſſe. Hi autem cum ſint Teſtes de viſu, reddantque cauſam ſcientiæ, & præſertim III. qui fol.116. ait = *la quale gli causò negl' occhi vn infermità detta Cataratte, e goccia ſerena, per la quale perdè affatto la viſta, à ſegno tale, che nemeno vedeua quello, che ſe li poneua auanti per mangiare, e mangiaua à tentone, & alle volte ſi cibaua per mano de ſuoi parenti, il che l'hò veduto tanto nella propria Caſa di eſſo Nicola, quanto nella mia propria caſa* = plenæ idcircò probationis gradum conſtituunt, *Innocent. in cap. Cum cauſam num.3 ibique Butr. num.18. de Teſtib., Cyriac. controuerſ. forenſ.cap.384.num. 58. Rota deciſ.445. num.11. part.1. rec. coram Merlin.deciſ.242.num.2. & coram clar. mem. Card. Cerro deciſ.467.n.4.*

54 Non immoror exceptioni illi, ; qua Reuerendiſſimus D. Fidei Promotor, ex eo, quod Petrus de Matthæis alter ex Chirurgis dixerit, patientem aſpicere nequiuiſſe loca luminoſa, inferri poſſe contendit, loca non luminoſa inſpici ab eo potuiſſe, quia tùm hæc, tum alia quædam ab eodem prò excludenda omnimoda cæcitate oppoſita, plenè ſublata ſunt in noſtra facti à §. 122. ad 132. ſed progredior ad demonſtrandum, fruſtrà etiam prò excludenda ratione miraculi opponi, quod ſanitas tunc recuperata, modico tempore durauerit, & cæcitas iterum redierit. Exploratum namque eſt, quidditatem miraculi non excludi, ex eo, quod paulò antè inſtantaneè ſanatus, deindè reincidat in eundem morbum, vt benè ad rem noſtram tradunt *Iacob. Caſtell. de Canonization. Sanctor. quæſt.6. principal. verſ. quæro an ſit contra rationem miraculi*, vbi teſtatur ſufficere, quod ſanitas fuerit veriſimiliter duratura, licet caſu poſteà fiat momentanea propter aliquod accideos culpabile, vel inculpabile; eumque refert, & ſequitur *Matta de Canonizat. Sanctor. par. 4. cap. 10. num.4. Pignatell. conſult.26. num.29. tom.7.* vbi ex d. Caſtellano ait, quod & ſi in dubio, infirmitas paulò poſt reuerſa, ex prima cauſa procedere præſumatur, id tamen locum habeat in ſanatis ſecundum ordinem naturæ, non autem in ſanatis miraculosè *Roſa in tract. de execut. liter. prò Canonization. Sanctor. num.187. Rota in relatione S. Franciſci de Paula in fin. fol. 47. Contelor. de Canonizat. Sanctor. cap. 19. numer. 12.* inquiens = *ea quæ poſt miraculum accidunt non tollunt veritatem miraculi iàm patrati*.

55 In caſu igitur, de quo agitur, eiuſcemodi reincidentia in morbum derogare nequiuit miraculo, quando Periti omnes, vt perſpici poteſt ex eorum relationibus, conueniunt, conſtanterque affirmant, prædictam inſtantaneam ſanationem miraculoſam vere fuiſſe, atque exceſſiſſe ordinem, & vires naturæ; integrum namque non eſt, recedere à iudicio ab illis interpoſito, atque edito de re ad ipſorum artem, & miniſterium pertinente ad *Text. in leg.1. in princip. ff. de Inſpiciend. ventr.*, *leg. Septimo menſe ff. de Stat. Homin.*, & præter auctoritates allegatas in §. 9. firmat *Ancbaran. conſ. 330. num. 6.*, & dixerunt *Auditores Sacræ Rotæ in Relatione Canonizationis S. Thomæ de Villanoua tit. de Miracul. poſt mortem rubr. reſuſcitatio duorum Mortuorum §. Neque prædictis* penes *Contelor. fol. 677. ad med.* ibi = *Neque prædictis in re tam graui fuimus contenti, ſed viſum eſt nobis ſuper morte dictorum Infantium etiam peritiſſimorum huius Almæ Vrbis Sententiam audire, quibus procul dubio ſtandum eſt, cum Medicis ſtandum ſit in his, quæ reſpiciunt artem ſuam*.

56 At certiùs, hæc locum ſibi vindicant in noſtra hypotheſi, quia ſi veritatem amemus, remque recto iudicio perpendamus, & facta, vt inquit *D. Auguſtin. de Doctrin. Chriſt. lib.3. cap. 12, tom.3.* iudicari debeant ex circumſtantijs, fatendum certè erit, quod quemadmodum miraculoſa fuerat prima viſus recuperatio, ità etiam miraculoſa extiterit noua illius deperditio, quaſi inflicta in pœnam ingratitudinis, & diffidentiæ, qua ipſe per interceſſionem Beati Iacobi diuinitùs acceptum Beneficium minimè agnoſcens, & perindè ac ſi idem perfectum non eſſet, & vt confirmaretur, alicuius humani remedij ægeret adminiculo, illud adhibuit, vt benè notat *bon. mem. Sinibaldus in eius Voto prò veritate edito* concludens = *Colligo, & concludo ex dictis, quod non duo, ſed tria miracula in oculis Gambacurtæ ſunt numeranda, viſus nempè recuperatio, eiuſdem noua deperditio, ac tandem vltima, & permanens reſtitutio* = & pleniùs habetur ex toto contextu Facti egregiè expoſito à D. Cauſæ Patrono §§. 133.

&

& 134., ad quem me libentiſſimè remitto.

57 Vt etiam, nil turbat, quoddam cerulei coloris inuoluerum, & carnis quædam excretio poſt ſanationem in oculo ſiniſtro relicta: Nam ſi verum eſt, proùt dubitari nequit, quod tota vis, ac natura miraculi in eo conſiſtat, vt malitia vulneris, ſeù cuiuſquam infirmitatis, quæ naturalitèr tolli non poterat, virtute Diuina in inſtanti auferatur, licet effectus perfectæ ſanitatis ſucceſſu alicuius temporis ſubſequi videatur, vt poſt *Contelor. de Canonizat. Sanctor, cap.17. num.14.*, & aduertit *Rota in Relatione S. Franciſci de Paula artic.6. miracul. 5. in fin., in Relatione S. Raymundi part.2. artic.5., in Relatione S. Andreæ Corſini part.2. §. In principio, in Relatione S. Ignatij in 4. miraculo*. Hinc clare ſequitur, non eſſe contra rationem miraculi, neque aliquid de natura veri miraculi diminuere, ſi in miraculosè ſanato debilitas, pallor, durities, vel cicatrix, alijque defectus, poſt receptam ſanitatem ab infirmitate relinquantur, per ea, quæ benè ad rem noſtram tradunt Doctores omnes in ſubiecta materia ſcribentes, & præcipuè *Contelor. de Canonizat. Sanctor. in citat. cap. 17. num. 17.*, *Zaccb. Quæſt. Medic. legal. lib. 4. tit. primo quæſt. 3. num. 9.* ibi = *Dummodò incontinenti E. G. recedat morbus, licet remaneant conſequentia morbi, puta laſſitudo, debilitas, cicatrix, dolor, & ſimilia, ſufficit ad hoc, vt opus miraculoſum dicatur* = *Lezzan. tom. 4. conſult. prima fol.20. num.193.*, *Bordon. de Miracul. medit.7. quæſt.6.*, & dixerunt *Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationum S. Raymundi part.2. artic.5., S. Andreæ Corſini part.2. §. 4.* Nam ſatis eſt ad miraculi euidentiam, vt ſanatio grauis, & vehementis morbi, ſit inſtantanea, aut multò citiùs, quàm natura, & arte fieri poſſit, licet remaneant alia morbi accidentia *Zacch. Quæſt. Medic. legal. lib.10. conſ.6. num.8.*

58 Vindicata prima ſanatione à contrarijs exceptionibus, fruſtrà Reuerendiſſimus Promotor, ſermonem conuertendo ad ſecundam opponit, quod cum cæcitas ſupradicti Nicolai non eſſet à natiuitate, ſed à cauſa extrinſeca, eius ſanatio, quatenùs miraculoſa dici poſſet, in tertium miraculorum genus eſſet referenda, iuxtà auctoritatem *Zacchiæ Quæſtion. Medic. legal. lib.5. tit. primo quæſt.8. num.43. & ſeqq.* Quoniam cum agatur de reſtitutione viſus, quem licet natura dare poſſit, attamen, illum in inſtanti reſtituere non valet, perfecta cæcitate, & quidem grauiſſima, & ferè inſanabili laboranti, proùt in caſu noſtro accidiſſe oſtendimus, benè *Mathæuc. de Official. Cur. Eccleſ. cap. 47. num. 13.* ibi = *Poteſt ſanè natura vitam dare, ſed non mortuo, viſum, ſed non cæco, rectitudinem, ſed non claudo* = & per eadem verba *Pax Iordan. de Re benefic. lib. 7. tit. primo §. De miraculis num.166. tom.2. Matta de Canoniz. Sanct. part. 3. num. 16.* Idcircò ſi vis, & eſſentia miraculi, vt inquit *Diu. Thomas part. prima quæſt.105. art. 8. in corpor., & 2. 2. quæſt. 178. art.2.*, ſpectanda eſt, non quoad id, quod fit, ſed quantum ad id, in quo ſit omni iure, omnique ratione eiuſcemodi inſtantanea ſanatio, vtpotè excedens omnes naturæ vires, dici, reputarique debebit ſecundi generis miraculum, vt concludunt Doctores, & præcipuè *Matta de Canonizat. Sanct. par.3. cap.8. num. 16.*, vbi ex quamplurimis Sacræ Scripturæ exemplis, ac ex *Diuo Thoma d. quæſt.105. artic.8.* clarè probat, tales ſanationes, & illis ſimilia, adſcribi debere ſecundo miraculorum ordini, ac generi *clar. mem. Card. de Laurea de Miraculis cap.5. num. 74., 82., & ſeq., Mathæuc. loc. mox citat. num. eodem, vbi in fine = hæc ſecundum genus miraculorum conſtituunt = & num.15. §.8.* ibi = *in alijs ſecundi generis, mors, & ſubſequens vita, cæcitas, & ſequens viſus* = idque confirmatur ratio-

nibus latè deductis à bon. mem. Lancifio, qui hiſce, quæ ſequuntur verbis miraculum hoc ſtatuit in ſecundo genere = *Quoniam verò ſanatio Gambacurtæ probata, eſt verſata non quidem circa morbum omninò incurabilem, ſed circa complicatam opthalmiam, quæ cum difficilis, & longæ ſit curationis, de repente, atque in inſtanti debellari non poterat; venit igitur ex neceſſaria conſequentia, quod eadem adſcribenda ſit ſecundo miraculorum ordini* = Cuius iudicio, dubium non eſt, quin ſtandum ſit, vt pluries probauimus. Ex quibus idcirco aſſequimur doctrinam Zacchiæ à Reuerendiſſimo D. Promotore in contrarium allegati, applicari non poſſe caſui noſtro, quia loquitur in ſpecie morbi leuis, ac non difficilis curationis, vt fuit Thobiæ cæcitas, qui viſum naturaliter recuperare potuit, vt animaduertit *Matta de Canonization. Sanctor. part. 3. cap. 11. num. 6.*

59 Iam verò cum plenè probatum videatur primam ſanationem fuiſſe miraculoſam; quia inutilitèr adhibitis humanis remedijs, ex quibus morbus ingracieſcebat potius, quam leniretur; poſt imploratam dumtaxat opem noſtri Beati, illicò, & in inſtanti tributa fuit, ideoque nonniſi diuino muneri accepto ferenda eſt: Fruſtrà Reuerendiſſimus Fidei Promotor retento ſuppoſito illo, quod hæc prima ſanatio tamquam ſequuta ad tempus, & cum recidiua, & tàm antè, quam poſt illam, pluribus applicatis medicamentis: fruſtrà, inquam, ex his infert excludi inſtantaneitatem ſecundæ ſanationis, vtpotè quæ adſcribi poterat dictis remedijs, ad ſanitatem reducendam proficuis. Quonam enim iure, aut qua iuſta ratione ambigi poterit de inſtantaneitate dictæ ſanationis, quando, vt optimè animaduertitur in hodierna Facti à §. 137. *vſque ad finem*, quot quot in Proceſſu examinati leguntur Teſtes, omnes vno, eodemque ore de inſtantanea hac ſecunda liberatione admirabundi loquuntur: & ſanè, ſi nemo melius ipſo Nicolao, teſtari poterat de vera hac, & inſtantanea recuperatione viſus oculorum, ipſe de ea loquitur his verbis = *ricuperai anche inſtantaneamente la viſta, & il primo oggetto, che viddi, fù il Beato Giacomo &c., & auendo gridato grazia, grazia, tutto il Popolo ſtupefatto di queſto ſecondo miracolo, e li Padri mi auuiſorono, che io non applicaſſi altro medicamento, benche anche ſenza queſta ammonizione mi ſarei aſtenuto di farlo, in riſleſſione del fatto gia ſeguito, e coll'vſo totalmente della viſta, ritornai ſenza appoggio, e ſenza Carrozza alla Bottega &c., e d'allora ſin ad oggi mi ritrouo in viſta perfetta &c.* conſonaut illi Tertius Teſtis *fol.* 119. §. 23. ibi = *& inginocchiatoſi ſopra il ſuo Altare, ricuperò ſubito miracoloſamente la viſta in mia preſenza, e di molti altri Parenti &c.*, & Sextus Teſtis Sacerdos *fol.* 131. §. 41. = *che queſto era il ſecondo miracolo operato dal detto Beato Giacomo per la recuperata viſta del detto Nicola Gambaturta, mentre fù in inſtanti* = & Teſtis XII. *fol.* 135. §. 43. ibi = *che da tutti fù ſtimato per miracolo, mentre fù in vn iſtante = & fol.* 139. §. 48. = *che da tutti fù ſtimato per miracolo perche fù, detto fatto: cioè ſubito, & in vn inſtante* = quapropter cum inſtantaneitas actionis non ſit naturæ, ſed ſolius Dei, *vt ex Matt. de Canonizat. Sanctor. part. 3. cap. 8. num. 12.*, fatendum, concludendumque eſt, ſecundam hanc ſanationem eſſe miraculoſam, & miraculo adſcribendam *Molpheſ. conſ. 46. num. 56. verſ. ità dicamus, Troil. Maluet. de Canonization. Sanctor. dubit. 3. nu. 56. Iacob. Caſtell. eodem tract. quæſt. 7. principal. in princip. Pignatell. conſult. 35. num. 12. tom. 5.*: Natura ſiquidem non agit in inſtanti, ſed gradatim tantùm operatur, & cum tempore proportionato, vt benè ad rem

no-

noſtram præter Doctores mox citatos aduertit *Zacch. quæſtion. Medic. legal. lib.3. tit.primo quæſt.5. num.22., & 23.*

60 Propterea que nil turbat, quod tam antè, quàm poſt iam dictam primam ſanationem, plura adhibita fuerint remedia, quorum vſui adſcribi queat poſterior ſanatio, nam vt diximus in §.43., & plene demonſtratum fuit, in facto, ſi remedia, quibus vſi fuerunt dicti Periti Chirurgfi, qui ægrotum curarunt, nihil vnquam præſidij, nullumque leuamen illi attulerunt, imò morbum auxerunt; fit idcircò locus certo illi in materia canonizationis principio, quo admonemur, per vſum medicamentorum, quæ inepta, inefficacia, prorſuſque inutilia reperta fuerint pro depellendo, leniendoue morbo, potius confirmari, quàm tolli rationem miraculi, *Contelor. de Canonizatione Sanctorum num. 179. & ſeq. Matthæucc. de Official.Cur. Eccleſ. cap.47. nu.23.*, & dixit *Rota in Relatione S.Franciſci de Paula in fin.*, *& in Relatione S. Andreæ Corſini part. 2. §. 5.* Et hæc fortiùs vrgent in caſu noſtro, in quo iuſta ratione conijcere poſſumus dicta medicamenta fuiſſe potiùs poſitiuè noxia, & morbum ipſum inducentia, vel aleantia *Zacch. Quæſt. Medic. legal. lib.10. conſ.32. numer.5.*, quod benè ad rem noſtram animaduertit bon. mem. Lancifius in eius voto pro veritate edito, vnde cum ex re ipſa, ipſoque facto, meliùs certè, quàm nos verbis, argumentiſque demonſtrare poſſimus, appareat, ſanationem, de qua agitur, in inſtanti ſecutam, excedere vires naturæ creatæ, concludendum profectò eſt, admirabilem Dominum in Sanctis ſuis, decorare voluiſſe Beatum Iacobum tot prodigijs, & miraculis, quot ſunt inſtantaneæ operationes illius interceſſione in huius ægroti reiterata ſanatione factæ, vt in ſimili obſeruat *Contelor. de Canonizat. Sanctor. cap. 17. num. 11.* = *Miraculum enim voco, vt inquit Diuus Auguſtinus lib. de vtilitate credendi cap. 16.* = *Quid quid arduum, aut inſolitum ſupra ſpem, vel facultatem mirantis apparet.*

# DE VIII. MIRACVLO

## Sanationis ab Epilepſia Liborij Auelloni.

61 In inſtantanea ſanatione ab inueterata, & inſanabili Epilepſia, qua Liborius Auelloni diù laborauerat, quæque magis, magiſque in dies ingraueſcebat, licet pluribus, ſed fruſtra à diuerſis Medicis præſcriptis, adhibitiſq; medicamentis, vt diſertè teſtatur Carolus Fenia Medicus Curæ, cuius depoſitio habetur in noſtro *Summario ſuper hoc Miraculo fol.* 167. adeò ut deſerta ab eis fuerit cura, non quia ex imperitia, aut negligentia, ſed quia re verà inſanabilis erat, in hac inquam inſtantanea ſanatione ambigi, minimè poſſe videtur, quin admirabilis Deus, nouo teſtimonio ſanctitatem Beati Iacobi clariùs patefacere, mirificeque confirmare voluerit: = Etenim de medio ſublata virtute, & efficacia medelarum naturalium de ſupernaturalibus cogitandum eſt, cùm nulla alia reddi poſſit cauſa depulſionis malignorum humorum morbum efficientium, prout monet Zacch. *quæſt.medic.legal.tom.2.lib.*10.*conſ.*1.*num.*15. pro veritate ſcribens ſuper miraculo ſanationis ab Epilepſia ad interceſſionem Sancti,

ĉti Laurentij Iuſtiniani obtentæ, vt in noſtro caſu, in perſona cuiuſdam Pueri,

62 Siquidem præfatus Fenia poſtquàm ex iudicio plurium quoque aliorum in Arte Medica Peritorum, morbum, de quo agitur, inſanabilem demonſtrauit, declarauitque (quorum profectò iudicio ſtandum eſſe ſuperioribus locis ſæpè firmatum fuit) ideòque ſequutus præceptum Hippocratis *lib. de Arte num. 8.* admonentis, quod abſtinendum ſit à curatione eorum, qui victi ſunt à morbo, quod etiam dixerat in *Collect. medic. tit. de Medic. & Ægrot. offic. cap. 1. §. 2.* ibi = *Prudentis Medici eſt inſanabiles, & deſperatos morbos non curare* = ſe curam huiuſce deſperati morbi deſeruiſſe profitetur his verbis = *Continuaſſimo di darli medicamenti ſino à vn ſegno, che noi conobbimo, che non ſolo non li giouarono, mà faceuano peggio, e la detta Epilepſia andaua creſcendo, ſicche ſtimando noi altri Medici, diſperata la Cura di detto Liborio, lo licentiaſſimo tamquàm deſperatum* = Subditque, quod habita notitia de dicta miraculoſa ſanatione per interceſſionem Beati Iacobi impetrata, ſe contulit domum præfati Liborij, omnibusque mature perpenſis, ita de illa iudicauit, nempè = *giudicai ſecondo le regole della mia Profeſſione, che la ſanazione di detto Liborio era ſtato miracolo del detto Beato Giacomo, e l'ammirai, & il detto Sig. Gennaro dal Biſogno* (erat hic alter Peritus Medicus, qui morte præuentus formale examen ſubire non potuit) *chenè parlò con me, giudicò anche l'iſteſſo, perche ſecondo il noſtro parere, e d'altri Medici, il detto Liborio non poteua ſanare per via naturale, & preciſè così di ſubito* = Atteſtatio Medicorum confirmatur ab omnibus alijs Teſtibus formitèr ſuper hoc Miraculo examinatis, qui tametſi non ſint in Arte Periti; nihilominùs de natura, & qualitate huius morbi deponunt nedùm ex iudicio tùm præfati Medici, tùm etiam aliorum Medicorum, qui prædictum morbum curarunt, ac pro deſperato, & inſanabili habuerunt, ſed etiam de viſu, quo caſu exploratiſſimum eſt, plenam conſtituere probationem, Innocent. *in cap. Cum cauſam num. 3.*, ibique *Butrius num. 18. de Teſtib. Cyriac. controuerſ. forenſ. cap. 384. num. 58. Rota coram Merlin. deciſ. 242. num. 2. & coràm clar. mem. Card. Cerro deciſ. 467. num. 4.*, & confirmatur ex ijs, quæ doctiſſimè perpenſa fuerunt a bo. me. Sinibaldo, qui in ponderationibus Medicophyſicis pro veritate editis ſuper hoc Miraculo, vbi expreſsè probat ſanationem hanc naturæ vires, ac ordinem longè exceſſiſſe.

63 Hiſce igitur præmiſſis, ex quibus rei veluti euideutia perſpicitur, ſanationem, de qua agitur, tamquàm naturæ ordinem, viresque ſuperantem, pro vero, ac inſigni Miraculo reputandam, habendamque eſſe; non eſt, cur Reuerendiſſimus Fidei Promotor opponere ſatagat, quod videlicèt argumentum, quod deſumi poſſet à tempore per Sacros Canones, & Doctores præfinito, vt Sacerdos morbo epileptico laborans, rehabilitari poſſit ad Miſſæ celebrationem, non procedat pro ſtabiliendo Miraculo, id confirmando rationibus, & exemplo cauſæ Vener. Seruæ Dei Sororis Hyacinthæ de Mareſcottis, in qua, vt liberatio Virginiæ Pedanti ab eodem morbo epileptico, pro miraculoſa definiretur à Sancta Sede, tot, tantasque opus fuit adhibere diligentias, & cautelas, expectato etiam lapſu plurium annorum: concludendo demùm, quod cum in præſenti hypotheſi Liborius Auellonus adoleſcens annorum quindecim, ſpatio duorum circiter annorum Epilepſia laboraſſet, talis per conſequens morbus, ex communi Medicorum conſenſu, non cum tanta difficultate, naturaliter ſanari poterat; proptereàque maiores cautelæ,

ac

Digitized by Google

ac diligentiæ erant neceſſariæ, vt hæc ſanatio inter Miracula recenſeri poſſet.

64 Et ſanè, quod attinet primam huius obiectionis partem, facilè euincitur, in dubium reuocari nullo pacto poſſe, quin dictum argumentum rehabilitationis Sacerdotis ad Ordinem, etiam locum ſibi vindicare poſſit, ac debeat pro ſtabiliendo Miraculo: Nam ratio, cur Sacerdos Epilepſia laborans, ſi per annum in illam ampliùs non incidat, rehabilitari poſſit ad Ordines, verè, ac vnicè conſiſtit in eo, quod per ſpatium vnius anni cenſeatur moraliter certum, quod ſit perfectè ſanatus à tali morbo, ad *Textum in cap. communiter diſtinct. 33.*, *vbi Gloſa* dicit, quod *Epileptici debent eſſe tamdiù ſuſpenſi, donec appareat, eos per annum liberatos*, idemque tempus annale ſufficere pro plena probatione perfectæ ſanitatis docent Dartis in *quæſt.33.fol.122.*, *Gibellin. de Irregular. cap.3. confect.8. fol.62. § Quandiù verò Maiel.eod.tract.cap.16.fol.191. §. Dubium erit, &* §: *Verum quia*, & pleniùs *Zacch. quæſt.medic.legal.tom.1.lib.8.tomo primo quæſt.5.de Irregular. num.*10. in Epilepticis promouendis ad Sacros Ordines, dum quærit quomodò illi probentur perfectè ſanati, itaut eiſdem interdici non debeat concupita promotio, reſpondet etiam in ijs, qui maioribus ſymptomatibus affecti fuerunt, annuum experimentum eſſe ſufficiens ad ſanitatem præſupponendam ibi = *tamen quià maximè vrget annui ſpatij diuturnitas, & variarum tempeſtatum conditio, dicendum mihi videtur annuum ſpatium ſufficere ad tale experimentum capeſſendum* = Vt igitur miraculo adſcribendæ ſint ſanationes huiuſmodi morbi, idem requiretur, & ſufficiet tempus, quemadmodùm optimè ad rem noſtram, probat Bordon.*de miraculis meditat.7. num. 37.* ibi = *Quarè ſi quis inuocato auxilio Sanctorum per annum integrum non caderet, cum anteà ſæpiùs ſingulis annis cecidiſſet, dici poteſt miraculosè ſanatus, quià tale temporis ſpatium videtur excedere curſum huius morbi, & proindè Diuina virtute ceſſaſſe* = Nec vlla ſanè afferri, aſſignarique valet ratio, cur longiùs experimentum exquirendum ſit ad ferendam ſententiam ſuper miraculo, quam ad habilitandum aliquem ad miniſtrandum in Sacris Ordinibus. Si enim attenditur ingens ſcandalum, quod euenire poſſet quotiès Sacerdos ſacrum celebrans, Hoſtiam, vel Calicem eleuans ſubitò corrueret, ſatis perſpicitur quanti momenti ſit in re tàm graui procul abeſſe omne periculum, vt reſcripſit Alexander II. *in cap. In tuis litteris cauſ.7.quæſt.2.* ibi = *Conſulimus itaque, vt qui frequentèr hoc morbo tangitur; ab oblatione, ac Miſſarum celebratione modis omnibus prohibeatur; indecens enim eſt, & periculoſum, vt in conſecratione Euchariſtiæ morbo victus Epileptico cadat.*

65 Cum itaque in noſtra hypotheſi Liborius, non ſolùm per anni ſpatium, ſed per ſex ferè annos, quibus ſuperuixit, prout concorditer deponunt noſtri Teſtes, & ingenuè fatetur Reuerendiſſimus Fidei Promotor, a quocumque paroxyſmo immunis perdurauerit, de expulſione integrali cauſæ morbificæ, nulla remanet dubitatio: Nam ſi ille integrè, & perfectè à d. Epilepſia liberatus, & ſanatus non fuiſſet, inueriſimile, ac imperceptibile prorsùs eſt, quod intrà tot annos, ab eo iterùm moleſtatus, ac vexatus non fuiſſet; præſertim verò, ſi animaduertatur, prout humiliter ſupplico, quod, vt mox probabitur, agebatur de Epilepſia forti, & grauiſſima, non ſolùm ob frequentiam acceſſionum, & temporis diuturnitatem, de quibus deponunt Teſtes omnes, & præcipuè Teſtis VI.fol.55 §.1. = *Patiua l'Infermità chiamata Epilepſia, ò vero Malcaduco, à ſegno che trè, ò quattro volte l'ora l'aſſaliua, e caſcaua come morto in terra* =

Teſtis XX. vt ex noſtro *Summario fol.158.* = *Gli venne vn male chiamato Epileſia &c. il quale li duraua vn quarto d'ora in circa ad ogni ſuenimento, e queſto li ſoleua venire venti volte il giorno in circa* = Teſtis XXI. fol. 160. & Teſtis XXIV. ibi = *Cioè l'aſſaliua da venti volte il giorno in circa &c. e ſtaua come morto per vn quarto d'ora in circa &c.* Quodque magis eſt, ob grauitatem ſymptomatum, eorumque pluralitatem, eò deuenerat miſer Liborius, vt grauiſſimis morbi inſultibus vicies, vt dictum eſt, in die vexaretur, cum totius etiam corporis conuulſione, atque impotentia ad motum, ac ſenſuum denique omnium deperditione, prout plenè ex omnibus Teſtibus relatis in noſtro *Summario*, & præſertim ex dicta Fenia Teſte XXIV. Medico Perito fol. 166. ibi = *Gl' effetti, che li faceuano detti moti epilettici ſi erano trà gl' altri, che gettauano à terra il detto Liborio più volte il giorno, e ſtaua priuo de ſenſi per lo ſpazio d'vn quarto d'ora in circa ogni volta, che l'aſſaliua il detto male, e gl' impediuano il reſpiro, e quando la detta Epileſia li venne nell' vltimo ſtato: erebbero talmente i detti moti Epileptici, che quando il detto Liborio veniua in sè, daua in furie, e ſtrepiti, che ci voleuano più perſone à tenerlo* = Epilepſia enim cenſetur fortis, & grauiſſima ex grauitate ſymptomatum, eorumque multitudine, frequentia acceſſionum, & earumdem duratione, vt pro regula obſeruandum firmat Zacch. *quæſt. Medic. legal. lib. 8. tit. primo quæſt. 5. num. 1. & ſequent.*, & præſertim *num. 4.*, vbi Epilepſiam fortem, & grauiſſimam cenſet etiam in caſu, quo ſingulis Nouilunijs, & Plenilunijs, ac in Lunæ quadratis inuadat, aut ex leui etiam cauſa pullulet, & *num. 9.*, vbi de longiori etiam tempore, & priùs *lib. 2. tit. primo quæſt. 14. num. 19.*

66 At quod rei, quaſi dicam, euidentia confirmat, ſanationem à dicto morbo, nonniſi miraculo tribui poſſe, id eſt, quod agebatur de epilepſia, vt mox dictum eſt, forti, ac inſanabili, & iam confirmata, tum nimirum ex iudicio Medicorum, qui ægrum curauerunt, & pro deplorato reliquerunt poſtquam morbum eius peſſimæ qualitatis agnouerunt, vt nec humana arte depelli, nec vllo naturali remedio ſuperari poſſet, quam etiam ex diuturnitate duorum, & vltra annorum, quo caſu dubium non eſt, quin epilepſia prorſus inſanabilis effecta dici debeat, vt benè ad rem noſtram teſtatur Zacch. *quæſtion. Medic. legal. lib. primo conſ. primo ſub num. 14.* ibi = *Hæc epilepſia erat de ſui natura incurabilis, quia erat confirmata, cum iam per octo menſes, & vltra ægrotantem moleſtaſſet, & haberet inſultus, & paroxyſmos fortes, frequentes, & terribiles, neque vllis remedijs minima ſaltem ex parte ceſſiſſet* = Nàm morbus epilepſiæ, ob frequentiam acceſſionum, & temporis diuturnitatem fit habitualis, & connaturalis, proptereaque inſanabilis ex notatis per eundem Zacch. *lib. 10. conſ. 80. num. primo, num. 3.* id confirmans ex Hippocrate *in lib. de morb. ſacr. num. 13.* dicente hunc morbum, vbi diù durauerit, non eſſe amplius ſanabilem, & ex Areteo *lib. 1. chron. cap. 4.*, qui firmat hunc eundem morbum, vbi altiùs radices egerit, neque à Medico, ope remediorum, neque à natura ætatis mutatione, ſubmoueri poſſe, ſed cum ægrotante viuere, & commori.

67 En igitur plena probatio miraculoſæ, ac perfectæ ſanationis Liborij Auelloni, reſultans ex dictis plurium Teſtium, qui vnanimi conſenſu concludunt à momento recuperatæ ſalutis, vſque ad mortem, & quidem per ſpatium ſatis conſiderabile quinque, aut ſex annorum, ita perfectè ad priſtinum, & naturalem ſtatum reſtitutum fuiſſe, vt ſemper liber à quocumque paroxyſmo conualuerit, perindè ac ſi dicta epilepſia nunquam tactus

tactus fuiſſet: ita deponit XXII. Teſtis = *E ſeguitando giorno per giorno di non venirli più detto male, noi ci certificaſſimo, che già aueua riceuuta la grazia da detto Beato Giacomo, e che per miracolo di detto Beato ſi era liberato affatto di detto male: tanto più che lo viddimo riſtaurato di carne in tempo, che per prima era ſtato emaciato, e ripigliò il colore, e ſtiede perfettamente ſano, auanzando ogni giorno di quello, che l'aueua leuato la detta epilepſia, e ſi reſtituì in perfetta ſalute, e ſino, che morì detto Liborio, che furno cinque, ò ſei anni doppo riceuuta la detta grazia, non patì più di detti morbi epiletici* = & Teſtis XXIV. Medicus Peritus, qui dictum ægrotum curauit fol. 167. ibi = *Viddi con queſta occaſione &c. ſempre il detto Liborio ſano, come ſe mai aueſſe patito di detti morbi epiletici con molta mia ammirazione* = & Teſtis XXVI. fol. 169. = *Doppo di che ſtando noi sù l'auuertenza ſe li repeteſſero detti diſcenſi, oſſeruaſſimo, che non li vennero più per tutto lo ſpazio, che ſopraviſſe la detta infermità, che furono da ſei anni in circa, e frà queſto tempo ſtiede ſempre libero da detto male, come ſe mai ne aueſſe patito, il che noi lo ſtimaſſimo vn euidente miracolo di detto Beato Giacomo, e così è ſtato ſtimato ſempre in Caſa noſtra ſino al tempo di oggi, e così anco fù ſtimato da detti Medici* = ſanus enim dicitur, qui ad priſtinum, & naturalem ſtatum redijt, ad Text. *in leg. Quod ità ſanatum ff. de edilit. edict.* ibi = *Quod ità ſanatum eſt, vt in priſtinum ſtatum redierit, perindè habendum eſt, quaſi nunquam morboſum fuiſſet* = Galen. *lib. 9. method. cap. 15.* plenè Zacchias *quæſt. Medic. legal. tom. 2. lib. 10. conſil. 59. fol. 268. n. 8.*, impoſſibile enim penitùs redditur, quod malitia morbi tam altè neruis inſita, tamquam in morbo confirmato longo temporis ſpatio, àc diriſſimis paroxyſmis, & per conſequens inſanabili, iterùm excitata non fuiſſet intra diuturnum tempus annorum quinque, aut ſex, quando annuum experimentum ſufficiens habetur ad præſupponendam perfectam ſanationem ab epilepſia, vt probatum fuit §. 64.

68 Et demum, ſi verum eſt, prout dubitari nequit, quod epilepſia, vt omnes alij morbi, tam in vniuerſali, quam in particulari, quatuor tempora habeat; initium ſcilicet, augmentum, ſtatum, ſeù vigorem, & declinationem, itant, ſicuti omnis alius morbus, humana corpora infeſtans, non poteſt cum ſalute, & ægri incolumitate terminari, niſi hæc quatuor tempora perſoluat, & nonniſi declinante ſæuitie deſinere; circa principia namque, & finem, inquit *Hippocrat. aphoriſm. ſect. 2. aphor. 30.*, omnia imbecilliora, in ſtatu fortiora; In noſtro caſu, cum nulla criſis euenerit, nullumque indicium colligi poſſit, morbum vnquam fuiſſe in declinatione; ſed potiùs magis, magiſque inualuiſſe, ſiuè attenta atrocitate ipſorum ſymptomatum, ſiuè quia paroxyſmi facti erant frequentiores, & maioris durationis; ſiuè demum quia eiuſcemodi morbi chronici, & habituales, raro per criſim expelluntur; inde certè ſequitur, amplius dubitari non poſſe de euidentia, & excellentia miraculi, cum impoſſibile prorſus ſit, prædictum morbum, eo tempore, quo nulla eiuſdem declinatio apparuerat, terminari potuiſſe in inſtanti, cum proportionatè ad tempora præcedentia, per quæ morbus excurrerat, paulatim decreſcere, & per manifeſtam, ſed leuitèr factam declinationem, ſensìm terminari debuiſſet, vt egregiè demonſtrat bo. mem. Sinibaldus in dictis ponderationibus Medico-phyſicis pro veritate editis ſuper hoc miraculo, vbi per hæc verba concludit = *Cum itaque apud Liborium nulla penitus criſis immediatè antè ſanationem apparuerit, nullum vehemens pharmacum intercesſerit, non ex alia naturæ vi ad ſalutem remanebat, quam per coctionem, & fermenti epileptici incinerationem; quas vtique naturales operationes cùm*

*nonniſi in tempore, & per gradus fieri poſſint, neceſſe erat Laborij ſymptomata gradatim alleuiari, & ad menſuram progredientis coctionis epilepticos inſultus, qui vicies in die, vt. Teſtes deponunt, inuadebant, primum ad decies; deindè ad quinquies, paulatim diminui, inde per dies, & hebdomadas feriari, donec tandem omninò euaneſcerent: conſtat ergo miraculi euidentia in repentina, totali, & nunquam redituri morbi ſanatione.*

69 His igitur benè perpenſis, cùm amplius dubitari non poſſe videatur de releuantia huiuſce miraculi, dum agebatur de vera epilepſia forti, & iam confirmata, & per conſequens naturaliter inſanabili, vt plenè ſuperioribus demonſtratum fuit, obeſſe nequit, quod, vt pariter obijcitur in dictis animaduerſionibus, in ſimili ſanatione Virginiæ Pedanti à morbo epilepſiæ per interceſſionem Ven. Seruæ Dei Sor. Hyacinthæ de Mareſcottis ſequuta, opus fuerit plures adhibere diligentias, & cauthelas, expectato etiam lapſu plurium annorum. Nam, vt optimè animaduertitur in facto, dictum exemplum nobis nullatenus officere poſſe videtur, quia cum dicta Virginia, adhuc in humanis eſſet, iuſtus, àc prudens impendebat timor, ne dictus morbus reuerteretur, & hinc facilè euincitur, non alia de cauſa, aut fine, in diſceptatione dictæ ſanationis, tot adhibitas fuiſſe diligentias, & cauthelas, multorumque annorum ſpatium expectatum fuiſſe; At, cum in caſu noſtro, nullus amplius ſubſit timor reuerſionis dicti morbi, vtpotè quia ſanatus iàm vltimum clauſit diem, & quidem ex alio morbo, nempè ex febri hectica, quæ eidem ſuperuenit poſt annum quintum ab obtenta liberatione ab epilepſia; & optimè alioquin iudicio mediææ artis Præceptorum cautum definitumque ſit, quod certum iudicium de integra, perfectaque ſanatione à quauis epilepſia ferri poſſit, ſi annui temporis ſpatio poſt vltimum paroxyſmum præterlapſo, patiens nullum prorſus alium talis morbi inſultum paſſus fuerit, iam non eſt quid magis deſiderandum nobis ſit, vt omni ratione, omnique iure concludi poſſit, prædictam ſanationem ad ſolam Dei Optimi Maximi potententiam per merita noſtri Beati referendam eſſe, cum non ſolùm per ſolidum annum, verùm etiam ex noſtro Summario probetur, ſanatum à dicto morbo, amplius ab eo vexatum non fuiſſe ſpatio quinque, aut ſex annorum, quibus ſuperuixit.

70 Quod ſanè, adeò longum tempus, in debilioribus terminis, ſcilicet adhuc non ſequuto obitu ſanatorum, & ſic præexiſtente adhuc timore reuerſionis talis morbi, dijudicatum fuit ſufficientiſſimum, tum à bon. memor. Lanciſio in Voto edito poſt ſex annos à die ſequutæ liberationis ab epilepſia in dicta Cauſa Ven. Seruæ Dei Sor. Hiacynthæ de Mareſcottis, tum etiam ab Auditoribus Rotæ in Cauſa Sancti Andreæ Corſini in miracolo, de quo expreſſum refertur documentum in *Summario additionali num.7.* Et iure quidem meritoque, nam, cùm plures ſint morbi chronici, qui ſtatis vicibus reuerſionem faciunt, vt Podagra, Iſchyas, Carcinoma, & ſimiles, nunquam de miraculoſa eorum ſanatione haberi poſſet ratio in canonizandis, niſi prius ex actis conſtitiſſet nedum per plures, pluresque annos, ſed nunquam poſt ſanationem, prædictis morbis fuiſſe ampliùs vexatos, & tamen, quamuis de hac circumſtantia, nihil notatum inueniatur; plura nihilominus miracula reperiuntur approbata in relationibus Sacræ Rotæ, prout in Cauſa Sancti Laurentij Iuſtiniani, in qua ab illius Auditoribus fuit approbata ſanatio Blaſij Carpentarij à ſciæ dolore, vt in relatione Miraculo primo, ſuper qua ſanatione ſcripſit *Zacch. tom. 2. lib. 10. conſil. 5.*, & de Podagræ ſanatione, refert miraculum S. Auguſti-

nus

*nus de Ciuit.Dei lib.22. cap.8.fol.467.*, nec non Auditores Rotæ in Relatione S. Thomæ de Villanoua penes Contelor. *fol.*685., & de carcinomatis ſanatione ijdem Auditores in dicta Relatione eiuſdem S. Thomæ *fol.*680.

71 Nec turbat, quod aliquando huiuſmodi morbus felicitèr curatus fuerit, & in dies curetur, præcipuè in iuuenibus minoribus annis 25., qui per ætatem à ſimili morbo ex communi Medicorum conſenſu perſæpè liberantur. Etenim præterquamquod huiuſmodi ſententia locum ſibi vindicare non poteſt, vbi epilepſia ob frequentiam acceſſionum, vt ex ſuperiùs notatis contingit in noſtra hypotheſi, & ob earundem fortitudinem iam habituata eſt, & naturam ſibi ſubegit, vt dilucidè explicat Zacchias *quæſt. Medico-legal.lib.*4. *tit.primo, quæſt.*8. *num.*23. vbi etiam hiſce concludit verbis = *Tunc enim tantum abeſt, vt ætatis mutatione curetur, vt in dies potius moleſtior euadat, & ſi medicamentis tractetur, irritetur potiùs, quàm ſecus* = ad rem noſtram, ſat èſt, quod id non potuerit ſuccedere in hoc morbo, iam per Medicos deſperato, vt fatentur Teſtes omnes, & Medicus curæ formitèr examinati, cuius vis, & malignitas, cùm artem ſuperauerit, & efficaciam Medicamentorum eluſerit, àc tamquam inſanabilis indicari debuerit, proùt talis à Medicis Neapolitanis declarata fuit, neceſſariò proindè ſubſequuta ſanatio tribuenda erit inuocationi Serui Dei. Exemplum habetur Lucæ *cap.*8. *de Æmorhoiſſa*, quæ *in Medicis erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab vllo potuit curari* = quem locum exponens S.Bonauentura ait = *Probabile, ſi curabilis eſſet ægritudo, quod per artem fuiſſet curata: vbi natura arti non proficit, magis nocet* = quod refert Pignatell. *tom.*10. *conſultat.*177.*num.*8., vbi teſtatur, ex medicaminum inutilitate, augeri rationem miraculi, vt plenè dixerunt Auditores Rotæ in Relationibus Canonizationis Sancti Andreæ Corſini apud Lezzan. *conſultat.*1. *num.*261., & 269., & S. Thereſiæ *ſub miraculo II. poſt obitum*.

72 Quamquam verò tot validiſſimis rationibus, & argumentis hactenùs adductis miraculum hoc plenè vindicatum à contrarijs obiectionibus dici poſſe videatur: attamen his omnibus addere iuuat illud etiam, quod vt clariſſimè demonſtratur in facto §.144., ſanitas obtenta fuit per interceſſionem noſtri Beati Iacobi illicò, & inſtanti, & quidem eomet temporis momento, quo Liborius adhuc reliquijs vltimi paroxyſmi detinebatur, vndè nullum credo ſupereſſe dubium, quin integra hæc, & perfecta ſanatio in inſtanti pulſis prauis, & inueteratis humoribus, & viribus reſtitutis, impetrata, opus Dei iudicandum ſit; nam ſanitas tantum, *quæ confertur à Domino tota ſimul redit*, iuxta doctrinam DiuiHieronymi in Luc. 4. 38., quia cum cauſæ ſecundæ, ſeù natura, operentur ſucceſſiuè tantùm, & gradatim, nemo eſt, qui dubitet, quin ſanationis inſtantaneæ effectus, referendus ſit ad Diuinam potentiam, cui ineſt facultas perfectè operandi in ſolo inſtanti, *Matta de Canonizat. Sanctor. part.* 4. *cap.* 8. *nu.*13., *Bordon. variar. reſolut. part.*3. *reſolut.* 113. *num.* 26., *Pignatell. conſult. canon.*53. *num.*7. *verſ. item in miraculis vſque ad fin.*, & de ſubita ſanatione à morbo longo, & difficillimo, quæ ſuperueniat nulla præcedente, ac apparente criſi, quod haberi debeat pro ſupernaturali tradit *Zacc. quæſtion. Medic. legal. lib.* 10. *conſ.*5. *ſub num.*6. §. *His poſitis, & num.* 10. *à verſ. ſi quæ ergo, & duobus ſeqq.*, & pleniùs probatum fuit in ſecundo miraculo §.44., & 45. vbi demonſtraui, actionem inſtantaneam eſſe ſolius Dei.

# DE XI. & VLTIMO MIRACVLO

## Sanationis ſcilicet Victoriæ Sannelli à Paralyſi in brachio, & manu ſiniſtra.

73 DEueniendo demùm ad examen noni, & poſtremi Miraculi, INSTANTANEÆ ſcilicet ſanationis Victoriæ Sannelli à Paralyſi in brachio, & manu ſiniſtra conſiderabile tempus quinque, aut ſex menſium protracta, iamque ab ijs, quos Ægra accerſiuerat Peritos pro inſanabili, ac pro deſperata, & derelicta, vt habetur ex pluribus Teſtibus, & ipſomet Curæ Medico, qui eſt Teſtis XXX. VII., vt in folio 191, noſtræ magnæ Poſitionis, quæ ad interceſſionem Beati Iacobi de Marchia obtenta fuit; eam proculdubio pro Miraculo habendam, ac pronunciandam fore ſperatur, omnibus in id collimantibus conditionibus eſſentialitèr, ac neceſſariò requiſitis ad efficiendum, conſtituendumque Miraculum, ex quo dicta Sanatio ſupra naturæ vires, inſtantanea, ac vndequaque perfecta, & abſoluta fuit, proùt exigit Diu. Thomas *part. prima quæſt. 105. art. 7.*, & tradunt *Roec. de Canoniz. Sanctor. cap. 10. in princip.*, *Maluez, eodem tit. dub. 3. num. 25.*, *Zacchias quæſt. Medic. legal. lib. 4. tit. 1. quæſt. 8. num. 7., & 9.*

74 Cuius ſanè miraculi veritas, vt manifeſtè euincatur, ac planè eluceſcat, ſatis eſt perpendere verba, quibus depoſuit ipſamet Victoria Sannelli, quæ ſunt = *e nel mentre cominciarono à dire, Santa Maria, io mi ſentij calare per il detto braccio attratto vna coſa, come di gelo, ò giaccio freddiſſimo, e proſeguendoſi tutte le Litanie verſo il fine, ſi diſſe, & inuocò il detto Beato Giacomo colle parole preciſe = Beate Iacobe, ora pro ea = appena finite dette parole, aprì, e ſpalancai tutte due le braccia, e gridai grazia, grazia; hò auta la grazia; e moſſi, e giocai il detto mio braccio ſiniſtro più volte à viſta di tutti à poſta per accertarmi ſe aueuo auta la grazia perfettamente, e tratanto per detto mio braccio ſiniſtro, e ſua mano, vſci vn ſudore così grande, che le goccie ſcorreuano à baſſo, e io m'accorſi, che detto mio bracio, e mano erano bagnate dàl detto ſudore, e la detta mano, che era ſtata tanto tempo ſerrata, ſcaturiua vna puzza brutta* = & infrà = *e coll'iſteſſa mano guarita preſi vn'anello, che teneuo nella mano dritta con vn Diamante, e due anelletti d'oro ancora, che pendeuano dalle mie orecchie, e li laſciai ſopra detto Altare in rendimento di grazie &c.*

75 Cum Victoria, ſola Beati Iacobi ope, ſe ſanitati reſtitutam agnoſcente, concordant omnes quotquot in Proceſſu examinati ſunt Teſtes, qui vno, eodemque ſermone dè inſtantanea hac ſanatione non ſine magna admiratione loquuntur; quapropter ambigi nequit, quin illa veluti cœleſti virtute effecta naturæ vires, ac ordinem exceſſerit, *quod ex facto*) vt vtar verbis bo. mem. Lanciſij in eius voto ſuper hoc Miraculo pro veritate edito = *colligitur, eamdem Victoriam in ſtatu deſperatæ creditæ valetudinis poſt tot, tantaque adhibita humana remedia cœleſtem Archiatrum per interceſſionem B. Iacobi cum fiducia, quantum potuit, confeſtim adiјt, & quoniàm oratio fidei ſeruat laborantem, & erigit eum Deus, hinc dùm in-*

rreci-

*recitatione Litaniarum venitum fuit ad verſiculum BEATE IACOBE ORA PRO EA* = *illicò, atque inſtanti ægra conualuit, & quod ſuper prodigium eſt, totas momento recepit, nec amplius vires amiſit, itaut brachium ſtatim extendere, manum non otioſam detinere, ſed liberè digitos mouere, mutare, vimque cum illis exercere potuerit* = Iure igitur, meritoque ad rem, & effectum, de quo agitur, ſanatio iſthæc miraculo tribuenda eſt, quemadmodùm aliàs ſimiles Paralyſum ſanationes fuerunt paſſim à Sancta Sede approbatæ pro Miraculis, & præſertim in Cauſa Canonizationis S.Thomæ de Villanoua, vt ex relatione Auditorum Rotæ *poſt Contelor. de Canonizat. Sanctor. fol. mihi* 402., *&* 690., vbi agebatur de Paralyſi Brachij ad dies decem, & octo tantum protracta, & pro Canonizatione S.Paſchalis Baylon ex alia relatione Auditorum Rotæ in quinto, & ſexto Miraculo poſt obitum, vt apud *Pignatell. conſult.* 177. *tom.* 10. *num.*23., *&* 24.

76 At ex ſubita integrarum virium recuperatione, euidens, & apertum redditur, ſanationem hanc nonniſi Miraculo adſcribendam eſſe: Nam etſi Paralyſis ex communi omnium Medicorum conſenſu non ſolùm ſanata difficillima habeatur, vt firmant *Zacutus tom.* 2. *prax. hiſtor. lib.*1. *cap.* 10. *de Paralyſi Sennert. tom.* 3. *practicar. lib.*1. *part.*2. *cap.* 27. *eodem tit.* verùm etiàm quando, prout contingit in noſtra hypotheſi, vehementioribus non ceſſit Medicis auxilijs, inexpugnabilis omnino cenſenda ſit, vt inquit *Ioann.Tort. tom.*1. *conſult. medic. cent. prima conſult.* 54. quem refert *Pignatell. loc. mox citat. num.* 22. Attamen cum Victoriæ tàm perfectè ſanitas reſtituta, & liber brachij, manuſque vſus in inſtanti reſtitutus fuerit, perindè ac ſi dicto morbo nunquam laboraſſet, vt deponunt Teſtis XIX. *in noſtro Summario fol.* 182. ibi = *e nell'iſteſſo tempo viddi, che la detta Vittoria aprì ambedue le ſue braccia, e con dette braccia s'attaccò alla Caſſa di detto Beato Giacomo ringratiandolo della grazia riceuta, e poi le ſtaccò da detto Beato Giacomo, e l'aprì di nuouo, e le moſſe, e giocò per ſegno della grazia riceuta, come ſe mai haueſſe auta leſione, ò male alcuno* = & Teſtis XXVIII. *fol.* 185. ibi = *E poi ſubito volſi vedere il detto braccio per prima cionco, & attratto, e lo viddi ſano, e libero, e che lo moueua, e giocaua à ſuo modo come l'altro, come ſe non foſſe ſtato mai attratto, ò cionco* = *& fol.*188., vbi ex alio Teſte habetur quod = *dopo le quali parole detta Vittoria immediatamente aprì tutte due le braccia, come ſe mai haueſſe auto il braccio attratto, ò male alcuno in dette ſue braccia* = ambigi profectò amplius nequibit, de miraculoſa hac ſanatione ab inſanabili alioquin Paralyſi, exemplo Paralytici à Diuo Petro valetudini reſtituti *in Act. Apoſtolor.* 9. *vbi Cornelius à Lapide fol.* 95. *columm.* 2. *Litt. D.* exponens verba illa = *ambulans, & exiliens*, inquit = *duplex fuit Miraculum, priùs quod claudo reſtituta ſit pedum rectitudo, & firmitas, poſterius quod illicò promptè inceſſerit, imò exilierit* = & benè ad rem noſtram conſiderat *Pignatell. dicta conſult.*177. *mox citat. num.*24., vbi in fine affert ſimile Miraculum a Sacra Rituum Congregatione approbatum pro S.Franciſci Saleſij Beatificatione, quod legitur in actis Canonizationis illius; agebatur enim de Paralyſi Claudij Iuliani, & ibi dicitur = *qui tertia vice delatus à Matre ad Sepulchrum Saleſij, cum illud oſcularetur, conſolidatis baſibus, & plantis momento ſurrexit, & exiliens ſtetit, & ambulauit* = & egregiè *clar. me. Card. de Lauræa diſput.*20. *de Miraculis art.*21. *fol.* 604. *ſub num.* 919., in debilioribus etiam terminis pro firmanda veritate Miraculi poſtquàm oſtendit, quod totalem, & ſubitam virium recuperationem nulla herba,

nullus lapis, nullum mixtum inducere poſſit ita concludit = *& ideo cum hæc interueniat, clamandum eſt DIGITVS DEI EST HIC*.

77 Neque verò huiuſce innegabilis Miraculi claritas obumbrari poteſt ſub obtentu ingentis copiæ ſudoris, qui in actu ſanationis ſuperuenit: cuius ſanè ope à Reuerendiſſimo Fidei Promotore, ſanationem, de qua agitur, naturaliter effici potuiſſe aſſeritur, allegando Sennertum tradentem ſudorem paralyſi ſummoperè prodeſſe; proptereaque, vt ipſe inquit, poſita hac cauſa naturali, inſigni ſcilicet eiectione materiæ morbum producentis facta per ſudorem, ſanatio adſcribi nequeat cauſæ ſupernaturali vires, ac ordinem naturæ humanæ excedenti, etiamſi in inſtanti ſucceſſerit, cum in ſacris paginis non legatur, ſanationes miraculoſas cum euacuationibus, ſiuè naturæ excretionibus eueniſſe, ad tradita per *Zacc. loc. ab ipſo citat.*, nàm ſiuè ſpectetur natura, & qualitas morbi, quo vexabatur Sanata, ſiuè tempus quo motus fuit d. ſudor, nullus certe ſupereſſe poteſt dubitandi locus, quin prædicta ſanatio verè miraculoſa dici, reputarique debeat.

78 Quamuis enìm quamplurimæ ex ope naturæ celerrimæ dentur ſanationes, & ſudores, ſeù criſes à Medicis pro ſanandis conuulſionibus, ac paralyſibus enumerentur: attamen certum etiam eſt, nedùm ex communi omnium Medicorum, ſed ipſius Hippocratis ſententia in ſuis prænotionibus *ſect. 7. num. 270.*, ſudores in via naturæ proficere quidem, ſed confeſtim de contumaciſſimo morbo victoriam reportare non poſſe, *niſi*, vt idem inquit Hypocrates, *paulatim ſuboriantur*; ex illa viua, ac efficaciſſima ratione, quam ad rem noſtram adducit *bon. mem. Lanciſius in eius Voto ſuper hoc miraculo edito* §. *Patet hoc*, verbis illis = *& ratio eſt, quia materias chronicas paralyſes, & conuulſiones producens, eſt altè immuſculis incuneata, & propterè vnico ictu ſolui tota, & excludi nequit, cùm viæ ſint anguſtiſſimæ, & profundæ, à quibus hærens humor difficulter euellitur* = vbi etiam teſtatur practicos in huiuſmodi morbis præmiſſis deiectorijs, & dioreticis, deſcendere ſolere ad pronocationem ſudoris, qui ſtuphis, aut conſimilibus modis, ac vijs excitatus, tunc ſolummodò iuuat, cùm per integras hebdomadas continuatur, & ita ſcriptum reliquit *Daniel Sanertus prax. medicinal. lib. 1. part. 2. cap. 27.* §. *Sudorifera pag.* 188. ibi = *non verò ſemel, ſed ſæpius, & bis, vel ter ſingulis ſeptimanis vtendum eſt* = *& Stephanus Blancard. prax. medic. tit. paralyſis pag.* 275. demonſtrat ex quotidiana obſernatione compertum eſſe, ægrotantes, qui vtcumque opportunis, atque efficacibus remedijs, aut validiſſimo naturæ robore curentur, nuſquam de repente à ſtatu, ſeù vigore morbi tranſire in ſtatum perfectæ valetudinis, itaut illæ etiàm, quæ fugaces, & cum admiratione apud obſeruatores narrantur citò profligatæ paralyſes, ſemper plus, minuſque triduo temporis eguerint ad fugam.

79 Quanam igitur iuſta ratione in dubium reuocari poterit quin iſthæc adeo copioſa ſudoris effuſio, abſque vllo præuio naturæ motu, non paulatim manans, ſed magno cum impetu ſubito erumpens in actu inuocationis Beati Iacobi miraculoſa cenſenda ſit: admiranda enim cauſa contrà ordinem, & ſupra naturæ vires in inſtanti ſuperueniens, & inſtanti operans, admirandum ſubitæ ſanationis effectum, nonniſi miraculosè poſita, atque creata, ac miraculosè paritèr operata dici poteſt, inſtantaneam Ægrotæ reſtitutionem priſtinæ ſaluti, illicò, & radicitus tollendo morbum, cauſamque ipſam perfectæ, ac confirmatæ paralyſis cum priuatione ſenſus, & motus, quæ ſuaptè natura difficilis, imò impoſſibilis eſt curationis,

-præ

Digitized by Google

præſertìm in mulieribus, vt obſeruant noſtri Periti, qui ſuper hoc Miraculo pro veritate ſcripſerunt, & firmat *Hippocrates lib. 2. prædictio.2.5.* vbi ait = *quibus cura cum hoc, quod mouere non poſſunt, morboſa corporis pars attenuatur, hi in ſanitate reſtitui non poſſunt* = *Lomnius lib. obſeruat. pag.* 34., & præter alios allegatos ſupra tradit ad rem noſtram *Pignagnatell.d.conſult.*177. *num.*25., apud quem alij.

80 Quæ ſane omnia magis, magiſque vrgere videntur in caſu noſtro, ſi animaduertatur agi de paralyſi Brachij, quæ non ſolùm curatu longè difficilior, & contumacior eſſe ſolet, vt ex Lazaro Riuerio, quotidianaque experientia, obſeruauit noſtro caſu bon.mem.Lanciſius, ſed eadem tempore coniuncta conuulſioni inſanabilis effecta fuerat *Galenus lib. de tremor., & palpitation. lib.3. ſect.1. cap.* 3. vbi habetur = *Conuulſiones, quarum ſiccitas cauſa eſt, minimè medicabertr* = & rurſus *lib.12. method. medic. cap.vltim. in fin.* ibi = *quæ ex remotarum partium ſiccitate prouenit, inſanabilis eſt* = & in puncto paralyſis iunctæ conuulſioni ait Thomas Bartolinus in paraphraſi ad ſecundum Paralyticum à Saluatore noſtro ſanatum *pagin.*32. = *augetur periculum vix euitandum cum iuncta vnum affligant, quæ ſingula ſolent iugulare ſingulos* = & probauit præfatus bon.mem. Lanciſius in dicto Voto per tot., & præſertìm §.*Prima eſt*, vbi poſtquàm demonſtrauit morbum, quo dicta Victoria laborabat, in via naturæ citò, ſeù momento temporis ſolui non potuiſſe ex ea ratione, quod conuulſiua iſta paralyſis pendebat à cauſa fixa intercepta, atque incuneata intra muſculos eiuſdem brachij, qualem fuiſſe demonſtrabat frigus illud, de quo ſub morbo initium ægra conquærebatur = *mi calò vna goccia nel braccio ſiniſtro, che tutto mi raffreddò* = idem enìm indicabat concentrationem factam in lympha ſpirituum, ſeù partium volatilium, ad quorum rurſus diſſolutionem, priſtinæque actiuitati reſtitutionem, ſi opus fuiſſet, vt natura, vel ars concretum, coactumque humorem rurſus volatizaret, ac liquaret, nec non liquatum per ſudoris potiſſimum vias ad motum vrgeret, rectè idcircò indè concludit = *quæ quidem operationes fingi vtique in inſtanti poſſunt, exequi tamen non poſſunt*.

81 Eoque difficiliùs in caſu noſtro natura ſubitam perfectamque ſanationem perficere poterat morbificam materiam per affluentiſſimum ſudorem nulla extrinſeca ope, aut medica induſtria prouocatum, repente emittendo, quia agebatur de paralyſi *chronica*, & per ſex menſes inueterata, quæ propterea non quidem dixerim inſtantaneè, ſed nec etiam gradatìm, longiſſimique nempè temporis curatione à natura vinci, atque expugnari poterat: Paralyſis enìm id proprium eſt, quod niſi ſtatim diſſoluatur, deterior in diem euadens amplius ſuperari nequeat; *Hippocrat. in Epid. Ludou. Mercat.* [*de intern. morb. curat. lib. 1. cap.* 24. *de paralyſ.* §.*Periculoſiſſimus*, *Petr.Foreſt. obſeruat. medicinal. lib.* 10. *obſeruat.* 82. *num.*12., *Eurmius de morbis cap.*24. *col.*3., qui vno ore concludunt, quod tantum abeſt paralyſim inueteratam ſanari vnquam poſſe, vt potiùs vires acquirat eundo, & propterea illam annumerant inter morbos *increſcentes dictos, nempè inter eos, qui ſi non ſanentur deteriores fiunt* = *Zacch.quæſt. medic.legal. lib.*4. *tit.*1. *quæſt.*8. *num.* 37., *& ſeq.* vbi ait = *Si ſit inueterata, tantum abeſt, vt ſanabilis ſit, vt potius quæcumque medicæ induſtriæ laborem, atque ſtudium in ea curanda impenſum eludat quotidiana experientia id commoſtrante, & omnibus DD. annuentibus* = Et ſanè ſi, vt proſequitur *Zacch.loc.mox citat. num.*40. partes, quæ paralyſim longo tempore paſſæ ſunt, non ſecus ac partes iàm demortuæ reputandæ videntur;

indè facilè euincitur, non niſi omnipotenti manu Dei ſanari poſſe, cùm idem ſit partem iàm demortuam, ac totum animal iam mortuum ad vitam reuocare, vt tradit *Cardan. in hiſtor. peognoſt. lib.3. progn.38.*, & ad rem noſtram *Pignatell. dicta conſult.177. n.26., & 27.*, referens *Zacch. Loc. mox citat.*

82 At verò ſi de morbo Paralyſis in genere, hæc quod attinet eius inſanabilitatem à Medicæ artis Magiſtris obſeruantur, ac præcepta traduntur, illa certè locum ſibi vindicabunt in noſtro caſu, in quo Medicus, qui Ægrè curationem diù tractauerat, ideoque morbi qualitatem, atque acerbitatem peritiſſimè pernouerat apertè declarauit, illum eius generis eſſe, vt intrà decem dies non euulſus, vel ſaltem minimè mitigatus, inſanabilis omninò efficiatur, *vt ex Summario ſol.*192. §.7. vbi ait = *Sò anche, che il male di detta Vittoria durò molti meſi, ſenza, che mai dalli medicamenti ſudetti haueſſe riceuto &c. ſiccome oggi ſtimo inſanabile, ſtante che quando per lo ſpazio di dieci giorni il detto male non minora, ò ſana, ſi rende totalmente inſanabile, conforme hanno oſſeruato i noſtri Maeſtri* = cum quo concordant omnes alij Medici, qui Ægrotam curarunt, vt in noſtra Facti §.149. vbi habetur omnes Medicos d. morbum pro deſperato prorsùs, vna voce proclamaſſe, qua proptèr cum de euidentia deplorati ſtatus præcedentis infirmitatis humanis remedijs inſanabilis certò conſtet per Teſtes peritos, vt etiàm ambigi nullo pacto poſſit de ſubſecuta illicò ſanatione, poſt imploratam nempè opem Serui Dei, eiuſque Sacri corporis contactum, concludendum declarandumque videtur dictam ſanationem pro verò, & inſigni Miraculo habendam, ac approbandam eſſe, vt probat *Pignatell. conſult.*190. *num.*9. *tom.* 10., aſſimilatur enim miraculo relato per Diuum Bernardum in vita S. Malachiæ, quodque in eiùs tumulatione accidiſſe teſtatur his verbis = *interim parantur exequiæ, offertur pro eo Sacrificium: conſumantur ex more omnia cum ſumma deuotione; ſtabat eminus puer, cui mortuum pendebat à latere brachium, magis illi impedimento, quàm vſui, quo comperto, innuit, vt accederet, & apprehenſam aridam manum applicuit ad manum Epiſcopi, & viuificauit eam, nempè viuebat in mortuo gratia ſanitatum, & manus eius fuit mortuæ manui, quod mortuo homini Eliſeus* = *& apud Pignatell. in d. conſult.*177. *num. final. tom.*10.

83 Vt enim dicta ſanatio miraculoſa, & ſupra naturæ ordinem, vireſque effecta dicenda ſit, ſatis eſt animaduertere, quod præfata Victoria poſt imploratam opem Serui Dei in inſtanti priſtinam ſanitatem recuperauit, perfecto, liberoque Brachij vſu, ac robore eidem reſtituto: impoſſibile namque eſt, quod morbi, & præſertim grauiores, & contumaciores, in via naturæ depelli, ac ſuperari poſſint in inſtanti, cùm per illam non fiat inſtantaneus, ac ſubitaneus tranſitus de vno extremo ad aliud, ſed gradatim præcedente ſcilicet concoctione, ſiuè per ſucceſſiuas alterationes agendo, & ſic non niſi cum temporis diuturnitate operatur, vt docet *Galenus multis in locis, & præcipuè in Libro de Criſibus, & comm. 3. in Hippocrat. prognoſt. part.* 24., vbi expreſsè demonſtrat, quod natura nunquàm adeò efficacem gignere poſſit criſim, quæ morbum deſperatum, & in inſtanti, ac perfectè ſoluat, nulla relicta illius reliquia, quem refert, & ſequitur *Zacch. quæſt. medic. legal. lib.*10. *conſ.*6. *num.*7., *& conſ.*9. *n.*16., *& conſ.*49. *num.*17., *Matthaucc. de Canonizat. Sanctor. cap.*47. *num.* 14. §. *Tertio* ibi = *poteſt natura medicamentis, & criſibus morbos expellere, & cauſas infirmitatum remouere, ſed non in inſtanti, cùm natura in tempore, & per alterationes agendo procedat* = Idque cùm quotidiana experientia

com-

compertum omnibus ſit; rectè idcircò à Doctoribus pluries allegatis, quum actum eſt de alijs miraculis, & præcipuè à *clar.mem.Card.de Laurea de Miracul. art. 5. num. 85. fol. 895.*, *Matt. de Canonizat. Sanctor. part.4. cap.8. num.1.*, traditur, ſanationis inſtantaneæ effectum neceſſariò referendum eſſe ad Diuinam potentiam, cui tantum ineſt facultas perfectè operandi in ſolo inſtanti; Si igitur repugnat omninò naturæ morborum diuturniorum,inſtantanea ſanatio,profectò in noſtro caſu illa,quæ ſequuta inuocatione Beati Iacobi, fuit ſtatim obtenta, non ex naturæ ope, ſed ex ſupernaturali virtute impertita dicenda eſt; vt benè obſeruauit Medicus, qui dictæ Victoriæ curam gerebat, *noſtro Summario fol. 93. §.8.*; Tùm enim attenta qualitate morbi inſanabilis, tùm etiam momento temporis, quo ſuperatus, ac radicitus ſublatus fuit, non ſine miraculo id effici potuiſſe declarat = *Conche feci concetto, che la ſudetta ſanatione non poteſſe eſſer naturale, mà miracoloſa, con riflettere al male antecedente, quale à mio giudizio era inſanabile, tanto più, che ſecondo la voce publica queſta ſanazione fù inſtantanea, e ſeguita nella Cappella di detto Beato Giacomo* = Atque etiam bon.mem.Lanciſius perſpecta tota facti ſerie, eaque maturè perpenſa, eiuſcemodi miraculi veritatem hiſce, quæ ſequuntur verbis affirmare, ac conſiteri non dubitauit = *ſed quando ſubitam iſtam, atque inſtantaneam euacuationem cauſæ totius morbi mecum profundè reputo, facere non poſſum, quin clarè cognoſcam, & fatear, hanc ex ſolo naturæ curſu contingere non potuiſſe, niſi extraordinarius Dei nutus ipſi naturæ benigniter effulſiſſet* =

84 Idemque iuxtà medicæ artis præcepta, ac philoſophica principia rem proſequens, rectè admonet, quod Deus præter naturæ ordinem,ac vires operari dicitur etiàm quando vtitur naturalibus cauſis, quum nimirum eiſdem impartitur vim ſupernaturalem, cuius virtute effectus, qui ſenſim, ac per vices contingere conſueuerat, de repente, ac in inſtanti ſuboriatur, ideoque cùm nouum non ſit, quod ſæpè Deus ad patranda miracula vtatur naturæ inſtrumentis, vel naturali adiutorio, & rationi miraculi non detrahatur, quod fiat cum aliquo adiutorio naturæ,vt tradunt *Ioan. Baptiſta Van.Helmont de magnetic. vulner.curat. num. 46.* ibi = *Deum tamen in miraculis, vt plurimum ad latus naturæ ire, huiuſque morem obſeruare; nam qui ſolo verbo poteſt omnia, etiam medijs ſubindè vtitur, ſic ſudor in ſudario Diui Pauli &c. Ioann. Franc.Pauin. in relation. Canonizat. S.Bonauenturæ part. 2. cap.2. art. 5.* ibi = *Item non eſt contra rationem miraculi,quod fiat cum aliquo adiutorio naturæ* = *Iacobus Simonetta Rotæ Auditor in relatione Canonizationis S.Franciſci de Paula S.Minimè* ibi = *Minimè etiam Miraculorum poteſtati aduerſatur, ſi in eis operandis naturæ auxilium interceſſiſſe videatur, vt conſtat 4.Regum Cap.5.de Eliſeo, qui miſit Naaman militiæ Principem Regis Siriæ, leproſum ad lauandum ſe ſæpiùs in Iordanem* = quibus addi poteſt *Contelor. de Canonizat. Sanctor. cap.17.*, vbi poſtquam examinauit circumſtantias omnes non repugnantes eſſentiæ, & quidditati miraculi concludit = *ſimiliter non eſt contra rationem miraculi, ſi fiat cum aliquo miniſterio, aut adiutorio naturæ, vel cum aliquo medicamento humano, vt patet &c.*

85 Tantum propterea abeſt, quod admirandæ ſanationi, de qua agitur, quidpiam detraxerit copia ſudoris, qui è brachio, & manu ægrotæ defluxit, vt quemadmodum alibi innuebam, idem Diuinæ dexteræ Supernaturalem operationem manifeſtè demonſtret, quippe ſine vllo extrinſeco adiumento, & humana ope ſtatim manare cœpit, eomet videlicet tempore



Digitized by Google

re, quo Litaniæ recitabantur, & quo ipſa Victoria ſumma cum deuotione, & fide feruidè ante Sepulchrum Beati Iacobi orabat, vt conſtat ex eiuſdem confeſſione, de qua mentio facta fuit in §.74. Ex quo perſpicuum fit amplius dubitari non poſſe, quin prædictus ſudor, non pró criſi, ſed pro initio, medio, & effectu miraculi reputari debeat ratione inſtantaneitatis ſuperuentæ in actu ipſo, quo implorabatur auxilium noſtri Beati, vt optimè in propoſito *Mattheuce. de Canonizat. Sanctor. cap.* 47. §. 23. ibi = *nec minus rationi miraculi videtur officere effectus, qui ad ſanationem ſequitur, vt ſi Ægrotus in actu ſanationis ſudet, ſputet &c. quia hæc veriſſimè cenſeri debent effectus potiùs miraculi, & non remedium*.

86 Quod mirificè comprobatur pluribus exemplis relatis in noſtro *Summario Additionali num.* 9., ex quibus apparet tùm hanc Sanctam infallibilem Sedem, tùm Sacræ Rotæ Auditores dicta ratione pluriès eiuſcemodi ſanationes, quæ euenerunt poſt inuocationem alicuius Beati, vel Serui Dei, prò miraculoſis habuiſſe, tametsì illas ſudores, aliæque naturales criſes concomitatæ fuerint; quinimò tametsì non inſtantaneæ, ſed tractu temporis perfectæ reperirentur, & ſic in longe debilioribus terminis caſus noſtri, vt habetur in miraculo edito à Sancto Philippo Nerio in perſona pueri nomine pariter Philippi, qui dùm agonizaret, clara voca locutus eſt narrans apparitionem, & nonnullo poſt ſanies, ſeù putredo plurima ex pueri nare effluxit, quo puer ſanus effectus, vt in relatione de eodem Sancto facta à Cardinali Portuenſi ad Gregorium XV. anno 1601., qui caſus conuenit cum noſtro, quoad emiſſionem ſudoris ſubſequutam ope veri miraculi, vt enim rectè admonet *Diu. Thomas ſecunda ſecundæ quæſt.* 178. *artic.* 2. *in corpor.*, præſumendum non eſt, quod admirabilis Deus ex ſua ſpeciali prouidentia permittat, quod poſt imploratam interceſſionem alicuius Sancti, ſtatim operetur natura, nè homines decipiantur, & dixerunt Sacræ Rotæ Auditores in relatione Canonizationis S. Franciſci Xauerij ſuper XI. miracul. in fine.

87 Et demùm non immorans auctoritatibus per Reuerendiſſimum Fidei Promotorem allegatis, quibus optimè ſatisfactum fuit, per D. Cauſæ Patronum, id non omittam, quod nimirum ſi vt docet *Diu. Thoma* 3. *diſtinct.* 20. *artic.* 5. iudicium perfectum, & abſolutum ferri debet de re conſiderata cum omnibus ſuis circumſtantijs; Sanctitati Veſtræ humillimè iterùm ſupplico, vt infallibilem ſententiam latura de veritate iſtius miraculi, perſpicaciſſima mentis ſuæ acie intueatur, ac perpendat omnes circumſtantias, quæ in ſanatione iſtius Ægræ concurrerunt, nempè aſſertionem Medici de morbo incurabili, deque medicamentis fruſtra adhibitis; reputationem non ſolùm ipſius Medici, ſed etiam illorum omnium, qui dictam Ægram agnouerunt, quippè prò miraculoſa dictam ſanationem prædicarunt; efficaces preces Serui Dei porrectas; Sanitatis recuperandæ ſpem omnem in eo collocatam; indubitabilem inſtantaneitatem, qua immediatè poſt Serui Dei imploratam opem, ægra ſalutem recuperauit, vt expreſsè habetur ex depoſitione eiuſdem, quæ in noſtro *Summario fol.* 179. §. 15. ait = *Et io queſta ſanazione la ſtimai, conforme l'hò ſtimata continuamente, e la ſtimo oggi, miracolo di detto Beato Giacomo, perche fù in vn inſtante, & in tempo, che io mi raccommandauo al detto Beato Giacomo con gran fede, e perche quando nelle Litanie s'inuocò il Beato Giacomo, conforme hò detto allora io guarij perfettamente, & aperſi le braccia, e le mani in ſegno della riceuuta grazia, e tanto dalle genti di mia Caſa, quanto dagl'altri circoſtanti, che vi concorſero, fù ſtimato Miracolo di detto*

*Beato*

*Beato Giacomo, e tanto più io lo ſtimai tale, perche li Medici aueuano data la mia cura per incurabile* = quibus ſanè omnibus maturè conſideratis concludendum reor cum bon.mem. Lanciſio, qui Votum prò veritate ſuper hoc miraculo editum hiſce, quæ ſequuntur verbis clauſit = *Victoriæ itaque ſanatio, quamquam ab expoſitis naturalibus cauſis produci potuerit; nihilominus Creatori ipſius naturæ, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis, meritò tribuenda videtur, quia lympha intra Brachij maſculos concreta illicò, & in inſtanti tota nec diſſolui, nec excludi poterat, quin Deus Optim. Maxim. illorum cauſarum virtutes, quemadmodum apud Tobiam ità adauxiſſet, vt dictum factum operarentur.*

Quare &c.

*Ludouicus de Valentibus Sac. Conſiſtorialis Aulæ Aduocatus, ac Reu. Cam. Apoſt. & Fiſci Aduocati Coadiutor.*

R E V I S A.

*Jo: Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.*


Aol 11470519

Digitized by Google

Digitized by Google

162
e
8

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google